h norabilibus inſtitutis: vt ext. de reſc. prꝫſenti[h]. Et legatus Apoſto-
licæ ſedis, & etiam archiepiſcopus bene poſſunt aliquem trahere
per literas ſuas vltra duas dietas à finibus diœceſis ipſius citati. Et
idẽ videt de delegatis eorũ, cum hoc nõ inueniatur ꝓhibitũ. Cõ-
ſtitutio enim illa de reſcr. nõ nulli loquit in delegato dñi papæ.
Alij aũt ꝯtra dicunt: ſed dominus meus dicit, quod contra literas
legatorũ excipi poteſt, ſi per eas quis vltra duas dietas trahatur
ar. extra, de reſcript. pręſenti. reſpon. 1. quicquid tamen ipſe ſcrip
i ſerit, contrarium videmus vbiq; ſeruari[i]. † ¶ Cęterum licet lega-
51 tus alicui in aliqua cauſa ſimpliciter commiſerit vices ſuas: nihil-
ominus poterit reuocare ad ſe cauſam, licet ille ꝓceſſerit, quod
non eſt in deleg. De hoc not. ꝫ de remiſ §. qui aũt. prope prin. &
ſ̃. de off. deleg. §. ſequit. ver. & nota quod ſimpliciter. & §. reſtat.
52 ver. item reuocato. † ¶ Illud autem notandũ eſt, quod dominus
papa ita ſeruare debet, quod fit p eius legatũ, ac ſi ipſe feciſſet: ut
2. q. 2. de cã & ff de off. procur. Cęſa l. 1. in princ. extra, de cler. ex
com. mi. propoſuit. ext. de app nouit. Credere. n. debet princeps
eum, qui ob ſingularem induſtriam explorata eius fide, & grauita
te, ad huius officij magnitudinẽ adhibetur, non aliter iudicaturũ
eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicatu
rus: ut ff. de offi. præfec. præto. l. vnica. prope finem, ext. de reſcri-
ptis. ſuper literis. prope finẽ, extra. de off. leg. nouit. Vnde non eſt
intentionis domini papę, lites ſopitas per legatum de ipſius late-
re miſſum ſuſcitare: ut extra, de in integ. reſtit. expoſita, niſi eius
ſententia foret iniuſta, quia illam bene reuocat: ut ex̃, de re iudi.
cum cauſa quæ: imo quod per legatum minus canonicè fit, quan
doque ipſe ex cauſa tolerat: ut extra, de accuſ. ad petitionem. &
idem honor illi exhibendus eſt, ſicut & papæ: ut ſ̃. §. 1. & ipſe fa-
cere dicit, quod eius legatus facit. ff. de adminiſtr. tuto. l. ita tñ. §.
53 geſſiſſe. ex̃, de ſent excom. mulieres 25. q. 2. ſi ea. † ¶ Porro priui-
k legium legatorum[k] eſt, ut legatione, durante, reſpondere nõ te-
neant, niſi de his tantũ quæ legationis tempore contraxerint: niſi
forte legatione finita, in prouincia permanſerint: ut ff. de iud. l. 2.
§. legatis. & §. ſequenti. & ff. de off. præſi Senatus. ſed ſi ipſi agunt,
& contingat eos reconueniri, reſpondere tenent, niſi agant pro
iniuria ſibi illata: uel pro furto uel damno: ut in eadẽ. l. §. ſed & ſi
agant. & ff. de legationibus. l. Paulus. reſponſo 2. & l. ſequenti. põt
tamen in alium compromittere: ff. de arbi. nõ diſtinguemus §. itẽ
ſi qs. Legato aũt tp̃s ꝓdeſt, ex quo legatus creatus eſt, nõ ex quo

Romam

ADDITIONES.

a Sententialiter. ¶ Vide quod ſcripſi eodem titulo cap. fin. ſuper 1. gloſſ.
b In Galliarum. ¶ Ibi limitata erat forma: nec expreſſe loquitur de legato.
c Ex tuæ. ¶ Solue, quòd ibi interuenit pactio, ut ibi dixi ſuper 1. gloſſ.
d Dñi papæ. ¶ Illud de papæ licẽtia. itẽ ibi potius eſt tẽperatio, q̃ reuocatio.
e Diuina. ¶ Hodie quæſtio iſta eſt ſuperflua, cum hoc liceat de iure communi. de ſent. excom. c. ſi. lib. 6.
Adde, quòd ſtante priuilegio prædicto, ac etiam ꝙ poſſint recipere eccleſia-ſtica ſacramenta & mortuis poterunt ſuper cadaueribus cantari diuina offi-cia, & tradi ſepulturæ. Ita conſuluit Fede. conſ. 286. & pręcedenti.
f Concedit. ¶ Sup. quandoque. & hoc ſoluit contrarium. Idem ergo ſi papa interdiceret, ſaluis priuilegijs legatorum.
g Nolit. ¶ Niſi alias eſſet ordinarius in loco, ſecundum Vinc. vt ſcripſi in de-cre. ſtuduiſti. ſuper vlt. glo.
h Præſenti. ¶ Quam non habemus.
i Seruari. ¶ De archiepiſcopis dic ut de off. or. vt litigantes. lib. 6. De legatis uero dic, ꝙ coram ſe bene citant per totam legationem, licet ultra duas die-tas: ſi uero delegãt ipſi & ipſorũ delegati ſeruare dẽnt decr. ſtatutũ. de reſcr. h. c. Adde, ꝙ delegatus habens ſub ſe plures prouincias, non põt trahere ho minem unius prouinciæ ad aliam. Ita no. Ab. in c. nouit. in 3. no. de iud.
k Legatorum. ¶ Qui intelligantur quoad hoc legati: & de materia huius §. la tis ſcripſi de foro compe. c. ſi. ſuper glo. fi.

Romam venit:ut ff.de leg.l.legato.Item qui in legationib.publi-
cis uerſati ſunt,à ciuilibus muneribus & oneribus excipiuntur:ut
C.de lega.l. 4. lib.10. In tranſmarina autem legatione perfuncti,
vacationem biennio habent: non tamen hi,qui de proximo ob-
ſequium Reipublicæ videntur exhibuiſſe:ut eo.tit.l.3. Item præ
ſes prouinciæ fines prouinciç excedere non debet niſi uoti ſol-
uendi cauſa dum tamen ei abnoctare non liceat: ut ff.de off.præ-
ſid.l illud.¶In ſumma no.quod ad officium legati pertinet,ut in
adeundo facilem ſe præbeat: ita tamen, quod ſe contemni non
patiatur, nec in vlteriorem familiaritatem prouinciales admit-
tat.Nam ex conuerſatione æquali contemptus naſcitur digni-
a tatis.[a] Sed nec excādeſcat aduerſus eos,quos malam cauſam fo-
uere putat: nec precibus calamitoſorum eum illachrimari opor-
tet: & ita ius reddere debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio
ſuo augeat Hæc legunt ff.de off. præſi.obſeruandū. Illicitas quo-
que exactiones & violentias prohibere debet:& ne potentiores
humiliores iniuriis afficiant, ff.de off.præſi. illicitas.in prin.& §.
54 neq;.4 diſt.factæ.& 23.q.quinta.non fruſtra.†¶Vltimo conſulo
legatis, quod tam in citationibus, quam in confirmationibus,&
in diſpenſationibus,& aliis formis, ſequantur ſtylum Romanæ
curiç, qui ſuper iure fundatur. in ſumma vero nota, quod qui-
buſdam legatis plus conceditur,' & quibuſdam minus, quod ex
ſuarum literarum patet inſpectione: vt ſupra,uerſiculo,nunquid
legatus. in fine. Quid ſi literæ legationis indeterminatè loquun-
tur? Reſpon.plena eſt interpretatio facienda in eis:extra.de uer-
borum ſignificatio.olim. de dona. cum dilecti.ff.de conſtit. prin
cip. l.1. Quædam tamen ſunt,quæ non tranſeunt, quantumcun-
que ſit legatio generalis: vt extra, eo.quod tranſlationem.& j.
§.nunc oſtendendum. Illud etiam nota quod ſuperueniente le-
gato maioris auctoritatis,puta de latere,minoris officium ceſſat,
b quandiu ille præſens eſt:ut extra,eo.volentes.[b]extra, de priui.an-
55 tiqua.† Sed quid erit de cauſis inchoatis coram primo. Dic quòd
ipſe amodo ſe de illis non intromittet. Nam tutor gerere prohi-
bitus,remotus eſſe intelligitur.ff.de ſuſpect.tut.l. hæc enim. Sed
an ſecundus ſuperueniens de illis cognoſcet? Reſpon.ſic.ff.de iu-
di.ſi iudex.extra,de officio ordin.paſtoralis.de eo qui mit.in poſſ.
ſeſ.cauſa rei ſeruan. cum ueniſſent. Argum. tamen contra: quia
qui apud aliquem nomina edidit, apud alium cōſulem manumit
c tere non poteſt.ff.de off conſul.l.1.[c]Idem quoque erit de præbē-
dis, quas minor ſuç donationi reſeruauerat: quoniam ſecundus
d eas conferet.infra.§.proximo.verſi.ſed ecce. [d] Item ſi aliqua acta
perficienda erant,ille perficiet.extra de fide inſtrumentorum. cū
56 P.†¶Quid de cauſis commiſſis per primum ante ſecundi aduen-
tum? Reſpon.non expirant commiſſiones,ſi iudices cęperant co
gnoſcere.ar.extrà,eo.c.fin.j.§.finitur.Sed ad quem appellabitur
ab illis iudicibus? Reſpon.ad legatum de latere,quaſi ad ſucceſſo
rem.Sed quis abſoluet eos, qui excommunicati erant ante aduē
tum ſecundi? Reſpon.iſte ſecundus de latere tanquam ſucceſſor.
Quid ſi lata ſententia per primum ſecundus intra decennium ſu-
peruenit? Reſpon.dicit Vin. non debere appellari ad ſecundum:
quia pares ſunt,licet primus factus ſit priuatus 2.quęſt.6.anterio
rum.§.fi.ar.tamen contra:quia ſecūdus de latere maior ſit.extra,
e eodem,officij. [e] † Quid ſi primus extra prouinciam incidit in ca-
57 nonem latę ſententię? Reſpon.poterit abſolui à ſecundo de late-
re:quia primus inferior eſt illo,quo ad hoc.ar.extrà.c.excommu
nicatis.21.diſt.inferior.extra,de maio. & obed.cum inferior. Sed
quid econuersò, Nunquid miſſus de latere poterit abſolui à pri-
mo, qui non habet executionem? Et videtur quod ſic, quaſi ſe
ſubijciat illius iuriſdictioni.2.quæſtio.7.nos ſi incompetenter.&
quæſt.5.mandaſtis Contrà credo,vt in prædicto ca. inferior.Nec
enim poteſt legatus de latere ſe ſubijcere alicui j. dominum pa-
pam:niſi in iudicio animæ,qui eſt caſus exceptus:vt extrà de pęn.
58 & re.c.fin.†¶Sed nunquid iſte ſuperueniens poterit corrigere &
iudicare primum iam ſuſpenſum? Reſpon.ſic,ſuper his, in quibus
exceſſerit tempore ſuſpenſionis: quia iſtius miſſi de latere eſt iu-
riſdictio.Secus de his,quæ geſſit ante huiuſmodi aduētum. extra.
c.ſtuduiſti.quia par in parem non habet imperium ff. de arb.nam
magiſtratus.extra.de elec.innotuit. ¶Sed an iſte de latere aliquid
poteſt mandare prius quàm ingrediatur prouinciam? Reſp. vide
tur generaliter in quolibet,ꝙ non ff. de of.proconſ.l. obſeruare.
Sed ſi moram neceſſariam facit in via, nunquid poteſt præmitte-
re legatum ad prouinciam,ad quam vadit? Et uidetur quod ſic.ff.
eo l.aliquando. j §.nunc dicamus.in princi. Sed dic quòd prædi-
cta lex non habet locum in caſu, in quo loquimur quando vide-
licet alius legatus eſt in prouincia, qui non tenetur ſuſpēdere ſuæ
legationis officium:niſi demum uiſo legato de latere ſuperueniē
te: nec etiam hoc caſu ante ingreſſum in prouincia exercebit vo-
f luntariam iuriſdictionem [f].quod alias poſſet:vt in præ.§.nunc di-
camus.imo primus iudicabit: & omnia faciet vſque in aduentum
g ſucceſſoris,vel quaſi.[g] ff de offic.proconſ.l.meminiſſe. & valebit
quicquid egerit, donec nouerit illum de latere aduenisſe.vt eodē
59 ti.l.ſi fortè.†¶Sed pone ꝙ dominus papa primo legato commi-
h ſerat diuerſas cauſas ſingulares, expreſſo nomine legationis:[h] &
ipſe ante aduentum ſecundi in illis proceſſerat Apoſtolica aucto
ritate,non legationis:nunquid poſt aduentum ſecundi poterit in
illis procedere? Reſpō.ſic:extra,eodem,ſtuduiſti.extra,de off.de-
leg quoniam.de off.ord. ca. paſtoralis.§.præterea.¶Item, quid ſi
iſte de latere ſe transfert ad aliam prouinciam ſibi ſimiliter com-
miſſam,in qua primus non eſt legatus: nūquid primus poterit re
ſumere officij executionem & legationis,dum ſic ille abeſt? Et vi
detur quòd ſic:vt præd. Decre.volentes.ibi:quandiu legatus,&c.
& ar.ff.de aſſeſ.ſi eandem.Sed dic cōtra nam legatus poteſt nego
60 tia vnius prouinciæ in alia tractare.ut extra,eod nouit.†¶Quid
ſi iſte de latere remanet,peractis negotijs legationis ſuæ:nunquid
alius poteſt reſumere executionem, vel vſum ſuæ iuriſdictionis?
Videtur ꝙ ſic:quia alius uidetur cedere priuilegio.ff.de iud.l.2.§.
omnes.Sed dic contra:niſi tempus certum eſſet ſibi præfixum.ex
tra de off. dele. de cauſis. Sed quid ſi ſecundus egreditur prouin-
ciam animo redeundi ad illam? Dic ꝙ primus nequit vti iure ſu-
ſpenſo:quia ille pro præſenti habetur:licet enim extra prouinciā
iudicare non poſſit,tamen inde cauſas committere poteſt, & iu-
bere ſicut præſes,qui prouinciam egreditur.ff.de off.prę.vrb.l.ſi.
Videtur tamen de mente iuris, quòd huiuſmodi egreſſus non de
61 bet eſſe longe.ff.de off.præſi illud.infra §.finitur.in princ.† Quid
ſi iſte de latere exiſtens in prouincia,concedit primo ut ſuum of-
ficium exequatur? Reſpon. hoc non poteſt:quia abdicando à ſe
imperium non amittit.ff.de off.præſi.legatus. niſi hoc faceret ſi-
bi ſubdelegando:vt j.ver.ſed an hoc.Quid ſi legatus de latere ani
mo non redeundi mare intrat? Reſpon. alius poterit immediatè
iure ſuo reſumere exercitium ſuæ legationis, exceptis cauſis in-
choatis per delegatos à cardinali. Quid de cauſis cœptis coram
ipſo cardinali, vel coram auditoribus curiæ? Reſpon.dici poteſt
62 quòd etiam illas finiet ſecundus.ſ.verſi.ſed an ſeruus†¶Sed po
ne,ꝙ aura aduerſa iterum reducat illum ad portum: nunquid pri
mus tenetur ei cedere? Dixit Vinc. ꝙ ſi in breui rediit, debet illū
admittere:ar.de poe. diſt.1.diuortium.quia in ingreſſu Romæ de-
ponitur imperium ff. de off.proconſ.l.fi.Si autem longo tempo-
re poſt rediit,finito legationis officio per longum exitum ad pro-
uinciam,non videtur ex neceſſitate admittendus.ar.ff.de iudicijs
ſi longius extra.de renun.c.ex transmiſſa. Vel dic ut j.§ finit.ver.
i quid ergo.[i] Sed an hoc caſu primus poteſt ei cedere,ſi vult ob re-
uerentiam Apoſtolicæ ſedis? Et videtur ꝙ non.ſ.ver. quid ſi iſte.
Vnde enim haberet iſte iuriſdictionē,ſi finita ſit, ar.extra,de off.
del.ſignificātibus de ꝯſ.diſt.4 quæris.verſus prin.Vinc.contra &
dicit quòd reuiuiſcit ex eo, ꝙ recipitur. fingitur enim non receſ-
ſiſſe,ſed voluiſſe recedere:ſicut quandoque quis nō petijt,ſed vo
luit petere:vt ff.rem ra.hab.amplius. Præterea in ingreſſu Romæ
dicitur imperium deponere: vt ſ. & ita ante ingreſſum id habet,
licet non habeat executionem,cum non ſit in prouincia:ut ff. de
iud.venditor.§ fin.ſicut & primus legatus,qui ibi erat, præſente
iſto habuit imperium, ſed non executionem, ſi ergo admittitur,
poterit exercere.

## ADDITIONES.

a Dignitatis. ¶ Facit 86.diſtin.quando.& quod ibi no.& extra,de Iudęis.& ſi Iudæos.

b Volentes. ¶ Ibi ad literam notauit Vin.omnia quę ſequuntur vſque ad fin. §.ut ibi etiam ſcripſi.in vlt.gl.

c Conſulis.l.1. ¶ De collega loquitur,non de ſucceſſore: & tamen impedito primo,etiam collega id agit:ut ibi.

d Sed ecce.¶Ibi uide.

e Officii.¶lib.6. Verum eſt ꝙ eſt maioris honoris & poteſtatis, quàm ille:ſed non eſt maior illius,id eſt,ſuper illum,cum utriuſque poteſtas ab uno dependeat.

f Iuriſdictionem.¶Sup.quo ad illam prouinciam,ex quo eſt ibi legatus, licet minor:& ſic etiam intellexit Vin.

g Vel quaſi. ¶ Hoc puto dictum propter illos duos dies,quibus deponit cingulum ante ſucceſſoris aduentum.in Authen.de adminiſt.in fi.coll.7.

h Legationis. ¶ Sup.& proprio.alias non procederet quod ſequitur.

i Quid ergo. ¶ Sub eadem alternatiua ibi huc remittit, ſed iuſtior eſt iſtius cauſa,quia neceſſaria:illius uero uoluntaria.de quo ibi quæritur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Legatus quomodo poſſit beneficia conferre.*
*Sedes Apoſtolica & legatus Apoſtolicus differūt,& in quo ſit ſedes Apoſtolica.*
2 *Cardinalis legatus poteſt reſeruare ſuæ dationi collationem præbendæ primo uacaturæ.*
*Promiſſio facta a legato de conferendo alicui beneficium primo uacaturum,non ualet.*
3 *Promittere non ualens beneficium primo uacaturum, quomodo poterit illud pro aliquo reſeruare.*

*Legatus epiſcopo uel capitulo auferre poteſt poteſtatem eligendi,*
*4 Reſeruatio beneficiorum per legatum quomodo fieri debeat.*
*5 Legatus an poſſit conferre præbendam ſpectantem ad præſentationem laici patroni, illo inuito.*
*6 Legatus reſeruans collationi ſuę præbendam primo in ecclesia uacaturam alicui conferendam, an poterit ſtatim facere illum recipi in canonicum.*
*7 Receptio ultra numerum ſtatutum iuratum, & auctoritate Apoſtolica confirmatum, quomodo teneat.*
*8 Receptus ſecundo auctoritate Apoſtolica, præfertur recepto primo auctoritate legati. & num. 11.*
*9 Papa ſolus per ſe, vel per executorem ſuum poteſt dare ius in vacatura,*
*10 Papa concilijs non ligatur, imò contra illa facere poteſt.*
*12 Legatus ex officio, ſiue iure legationis, reſeruans collationem, ſiue beneficium primo uacaturum, ſi reuocatur, uel moritur ante collationem, quid iuris.*
*13 Commiſſio miſta quæ ſit. & nu. 14.*
*15 Mandatũ legati de prouidendo patienti defectum ætatis, uel alias indigno, non eſt ualidum.*
*16 Legatus de latere quomodo concedere poßit epiſcopo pauperi ius percipiendi fructus cuiuſdam præpoſituræ uel plebis.*
*17 Ordinarius conferens præbendam uacantem, quam legatus reſeruauerat collationi ſuæ, an teneat talis collatio.*

1 5. §. Nunc Tractemus, utrũ legatus poſſit beneficia cõferre: & quidem legatus cardinalis† poteſt ex
ſuæ legationis officio beneficia uacantia conferre; ut extr. de offi.
leg. li. 6. ſed conſtitutus & natus ex legationis ſuæ munere hoc nõ
poteſt, niſi eis ſpecialiter ſit indultum: ut ibi, & extr. de appe. c. 1.
a nec poteſt legatus de una præbenda duas facere, uel [a] duos ad
unam recipere: ut ext. de p̃b. dilecto. ¶ Sed nunquid poteſt cardinalis legatus conferre beneficia illa, quæ tanto tempore uacauerunt, ꝙ ſecundum ſtatuta Lateranen. concilij eorum collatio eſt
b ad ſedem Apoſtolicam deuoluta.[b] ? Non uidetur: quia non ipſe,
ſed papa eſt ſedes Apoſtolica, ar. 93. diſtin. legimus. prope fi. imo
aliud eſt ſedes Apoſtolica, aliud eius legatus. ar. extr. de ſen. excõ.
quod de his, & aliud Romana eccleſia, & aliud eius legatus: vt eo.
ti. c. ea noſcitur, in fi. Nec dicit̃ emanare à ſede Apoſtolica, quod
ab eius legato emanat: niſi & ab ipſo papa emanet, vt le & no. ſ'm
papam, extra. de fil presby. ca. pen. & ex quo papa ſibi ſpecialiter
hoc reſeruat, non tranſit in generali legatione: vt j. § nunc oſtendendum. ver. legatus igitur. Dic contra, vt extr. de præb. venerabili & ar. extr. de præſumpti. mãdata. quia etiam, quod metropolitanus facit, ſedes Apoſtolica dicitur facere: vt 64. di. ordinationes.
extr. de tranſl. epiſ. c. inter. §. ſed neque Imo etiam videtur, ꝙ lega-
c tus ꝯſtitutus hoc poſſit: [c] vt extr. de ſuppl. negl. p̃l. literas. ſed illud
2 ibi contingit ex virtute mandati, non ex officio legationis. † ¶ Itẽ
legatus cardinalis poteſt reſeruare ſuæ donationi collationem
præbendæ primo vacaturę certæ perſonæ faciendam, & inhibere
ne illa ab aliquo conferatur: & decernere irritum & inane, quod
contra fiet: vt extr. de iure pa. cum dilectus. circa prin. arg. tamen
quod non poſſit decernere irritum, j. §. nunc oſtendendum eſt.
d ver. 37.[d] Promiſſio autem facta à legato de conferendo alicui beneficium primo vacaturum, non valet: quia hoc eſſet contra Lateran. concilium, quod prohibet donationem, vel promiſſionem
beneficij prius quam vacet. extr. de conceſ. præb. c. 2. contra quod
concilium legatus nil poteſt. Papa autem bene poteſt: vt j. ver. de
illo. nec etiam conferre poteſt loco proximo vacaturum vt extr. de prębend. dilectus. infra de conceſ. pręben. capitulo. 2.
3 † ¶ Sed ſi non poteſt mihi beneficium primò vacaturum promittere: quomodo poterit primo vacaturum pro me reſeruare? Reſpon. bene: & eſt ratio diuerſitatis: quia plus eſt promittere, quàm
e reſeruare.[e] Sed non videtur quòd legatus poſſit reſeruare prębendam primo vacaturam alicui conferendam: quia hoc videtur fieri in fraudem prædicti concilij Lateran. vt extr. de conceſ. præb.
conſtitutus. ſed illud loquitur de epiſcopo, cui hoc interdicitur,
& legatus ibi non ſua, ſed domini papæ auctoritate proceſſit. Legato autem, qui maior eſt epiſcopo, hæc poteſtas à iure conceditur: ut prædixi. Item qua ratione poteſt legatus primo vacaturam
ſuæ donationi reſeruare, pari etiam ratione poterit & ſecundam
& tertiam reſeruare. ¶ Sed ſecundum hoc videtur, quod legatus
poteſt capitulo vel epiſcopo auferre poteſtatem eligendi, & beneficia conferendi. Dic quod non poteſt eos priuare poteſt tamen
ſuæ legationis tempore eligendi poteſtatem ſibi reſeruare: & eis
f interdicere collationem, iuxta præmiſſa.[f] † Reſeruatio autem fiet
4 per legatum hoc mõ. Nam primo coram teſtibus reſeruabit ſub
forma, quæ iam j. ſequitur, de quo fieri faciet publicum inſtrumẽtum: deinde ſcribet aliquibus executoribus ſub hac forma.

FORMA. Frater Latinus miſeratione diuina Hoſtien. & Vellętren. epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus, talibus ſalutem in Domino. Cum nos in tali eccleſia intendamus, auctore Domino, perſonæ idoneæ (vel ſi vis exprimatur perſona) prouidere canonicatum & præbendam, ſi vacat ibi ad præſens: vel quàm primum vacare contigerit, nulli de iure debitos: iunge, ſi uis, conferendos tali collationi noſtræ, auctoritate qua fungimur, reſeruamus: diſtrictius inhibentes omnibus & ſingulis, ad quos aliàs eorundem canonicatus & præbendæ collatio, electio, ſeu prouiſio ſpectare poſſet: nę ipſi canonicatum huiuſmodi ſeu præbendam alicui conferre, ſeu de ipſis prouidere quoquo modo præſumant. Nos enim ex nũc irritum decernimus & inane, quicquid de ipſis, uel eorum altero contra prædictam reſeruationem noſtram, à quocunque quomodolibet contigerit attentari. Quo circa vobis pręſentium tenore committimus & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, uel alium, aut alios, prædictas reſeruationem & inhibitionem noſtras, ac decretum in præſentia talis epiſcopi & capituli, necnon & in ipſa eccleſia coram canonicis & alijs honeſtis perſonis ſtudeatis publicare: & nihilominus ex parte noſtra ſub forma conſimili reſeruare, inhibere, & decernere, & quod cõtrà fiet, irritum & inane facturi de publicatione huiuſmodi: necnon & de noſtra inhibitione ac decreto confici publica documenta.
5 † Sed nunquid legatus poteſt conferre præbendam ſeu eccleſiam
ſpectantem ad præſentationem laici patroni, illo inuito? Non videtur: vt in præ. Decr. cum dilectus. & extr. de pręb. cum dilectus.
g 3. Et hoc tenent Ber. & Goffr & ferè omnes:[g] quia nec epiſcopus
hoc poteſt: vt 16. quæſtione 7. decernimus. Et hãc opinionem patroni laici in regno Franciæ defendunt. Vel dic, quod ſiue ſit clericus, ſiue laicus, qui ius patronatus, uel alia iura ſpiritualia obtinet, ſemper de illo domino papæ & eius legato reſpondere tenetur. extr. de iud. quanto. Hinc eſt quòd plus iuris habet in conceſſione prælatus, quàm in præſentatione patronus: ut extr. de offic.
leg. dilectus. Et hanc opinionem ſequi voluit dominus Nicolaus
papa, conferendo præbendam, quam ipſe ante ſuam promotionem in eccleſia Laudun. habuerat. Rex tamen Franciæ dicens collationem ipſius præbendæ ad ſe pertinere, alij de facto contulit il-
h lam.[h] Præbendam aũt ad præſentationem eccleſiaſticæ perſonæ
ſpectantẽ, poteſt legatus indubitanter conferre: vt in pręd. Decre.
i dilectus. vbi de hoc.[i] ¶ Sed ſi legatus reſeruauit collationi ſuæ p̃-
6 bendam primo in eccleſia uacaturam mihi conferendam: nunqd
poterit facere me ſtatim recipi in canonicum ad illã vltra nume-
k rum in eccleſia ſtatutum?[k] Videtur quòd ſic: vt ext. de præben. dilectus 1. & c. dilecto & de conceſſio. præben. cum ſuper. arg. contra: quia non debet eſſe canonicus ſine præbenda: v t in pręḋict. c.
dilectus. & extr. de conſtitutio cum M quia nec executor deputatus à papa ad prouidendum, poteſt hoc facere, nulla prębenda vacante; prout no. ſecundum Papam, extr. de conceſ. pręben propoſuit. Item non debent plures inſtitui in eccleſiis, quàm ex fructibus poſſint commode ſuſtentari: ut extr. de inſtitut. c. 1. Item hęc
receptio videtur fieri in fraudem vacaturarum. Super hoc dicendũ eſt, ꝙ ſi in eccleſia eſt certus canonicorum numerus ſtatutus iuramento roboratus, cum nullus canonicatus vacet, non poterit legatus infringere numerum, & me facere recipi in canonicum, donec mihi fuerit de præbenda prouiſum: vt in præd. Decreta dilecto.

ADDITIONES.

a Facere, vel. ¶ Pro id eſt, alias enim ex cauſa de vna poſſet facere duas: cum hoc poſſet epiſcopus. extra, de præbend. vacante. in fi. vbi de hoc. & eod. titu. maioribus. Adde tu, an legatus de latere poſſit vnire eccleſias: dicas quòd ſic Item quòd poteſt aliquam eccleſiam attribuere menſæ epiſcopali, licet hoc non poſſit epiſcopus, per cle. 2. de reb. ecc. non alie. quę omnia vide per Ab. Sic. in c. ſicut unire. extr. de excuſ. pręl. in ver. extr. gloſſ.
b Deuoluta. ¶ Vide quod no. e. ti. c. 1. lib. 6. in vlt. glo. & quod ſuper ea plenè ſcripſi, omnino uideas. Item pro legato facit clemen. de pręben. ſi de beneficio. vt ibi not. in fin. antepenul. gl. hodie communiter datur legatis de latere litera ſuper hoc: ut patet in ſtylo curię ſub prima legatione: & hanc nuperrime habuit dominus meus legatus cardinalis. S. Martini in Montibus.
c Poſſit. ¶ Secundum Fran. Vercel. cuius motiuum & reſponſionem ad illud uide vbi ſupra remiſi.
d Ver. 37. ¶ Ibi dabo remiſſionem,
e Reſeruare. ¶ Cum reſeruans pœnitere & reuocare poſſit: ut no. eo. tit. c. 3. in gloſ. illa igitur, ꝙ non licet promittenti. Pſal. 83. Quæ procedunt à labiis meis, non faciam irrita.
f Pręmiſſa. ¶ Quod dic hodie, ut de off. leg. c. 3. & 4. li. 6. per quę iura ſatis reſtricta eſt in his legatorum poteſtas.
g Omnes. ¶ Et facit quod no. j. de act, uel petit. §. ſuper actionibus. ad fi. uer. illud etiam.
h Contulit illam. ¶ Præſentationem poſſet habere, collationem non: niſi ex priuilegio papali. & uide quod no. 16. q. 7. in fi. ſummæ. & 10. diſt. imperium. & priuilegium imperiale. de quo j. de pręben. ad fin. nõ dat collationem, ut ibi dicam. & ibi uide & uide quod plene ſcripſi de elect. quod ſicut. in princi. & de pręben. c. 2. lib. 6. ſuper gl. nil dixit. & de iure patro. nobis. in gl. quę dicat. j. §. prox. ver. 60. Adde ꝙ legatus poteſt beneficium ſitum in ſua diœceſi conferre. licet ille, ad quem pertinet collatio ſiue pręſentatio ſtet extra prouinciam commiſſam illi legato. Ita conſuluit conſ. 361. incipiente, omnipotentis Dei in caſu propoſitę, &c.
i De hoc. ¶ Vide quod ibi dixi ſuper 3. gl. & in pręc. Decr. cum dilectus. ſuper gloſſ. pen.
k Statutũ. ¶ Vide quod ſcripſi de pręben. ſi eum. lib. 6. ſuper verſic. obtemperatum. ubi etiam ſcripſi de reſeruationibus legatorum cum beneficio acceptandi.

lecto. quia non licet ei ex ſuæ legationis officio tollere iuramen-
tum, vel in illo diſpenſare: vt j. §. proximo. ver. 24. ſed ſi ad man-
datum legati capitulum ſcienter me recipiat tenet quidem rece-
7 ptio: ipſi tamen remanent periuri.† ¶ Sed ſi numerus ſtatutus nõ
ſolùm eſt iuratus, imo etiam eſt auctoritate Apoſtolica cõfirma-
tus, tenet quidem facta receptio, etiam ſi in confirmatione appo
ſita ſit clauſula illa, quòd ſi quid contra fiat, non ualeat tamen re
manent periuri, ut dixi: quoniam in eorum fauorem facta fuit cõ
firmatio: vnde ei poſſunt renunciare Et præterea legatus ex offi-
cio legationis poteſt circa prædictam clauſulam diſpenſare: vt in
præ. concor. & extr. de præb. pro illorum. extr. de regula. ad Apo-
ſtolicam ſine auctoritate vero legati, vbi in confirmatione appo
ſita eſt clauſula, illa receptio non teneret: ut in præ. Decre. dilecto.
¶ Item Inno. papa not. in præ. Decre. dilectus. quòd bene licet ca
nonicis ſua auctoritate recipere aliquos ultra numerum ſine be-
neficijs, ut inſtruãtur in moribus & in officijs eccleſiaſticis quod
non placet. Nam & ipſe idem no. in præ. ca. dilecto. ꝙ ſi in aliqua
eccleſia eſt numerus iuramento confirmatus, & aliquis vltra. nu-
a merum eligatur, non tenet electio.[a] & idem iuris eſt, ſi numerus
non iuratus ſit auctoritate apoſtolica confirmatus, cum prædicta
clauſula, ꝙ ſi quid contra fiat, &c. alias ſecus: ut in pręd. c. dilecto.
& c. pro illorum. & extr. de conſtitut. cum M. & ca. cum acceſſiſ
8 ſent.† ¶ De illo etiam quærendum eſt, pone A. primo receptus eſt
autoritate legati, uel etiam proprio motu capituli: B. vero ſecun-
do auctoritate domini papæ: quæritur quis eorum præferetur in
b præbenda primo uacatura[b]? Reſpond. B. qui auctoritate domini
papæ receptus eſt: vt extr. de conceſ. præben. cum ſuper. in litera
regiſtri ibi ſumpta ſecundum papam Inno. III. cum enim dare
ius ad uacaturam ſit prohibitum per prædictum concil. Later. le-
gatus iure legationis, uel capitulum huic concilio præiudicare
non potuerunt: vt ext. de fil. præsbyt. capit. pe. & fin. extr de pręb.
9 dilectus. I. c. tuæ. ſed ſolus papa † dare ius in vacatura, ſeu ad vaca
turas poteſt per ſe, uel per executorem ſuum: ut extr. eod. tit. rela-
tum. & de reſcrip. eam. unde quotidie facit apponi in literis, non
obſtante certo canonicorum numero, & c. conſtitutus. extr. re-
ſcript. Et ſi talis uult renunciare, tali conferas: ut extr. de off. dele.
c ex parte I.[c] & tamen dicit, quòd quamuis hoc poſſit, non eſt in-
tentionis ſuæ talia rata habere: vt extr. de cõceſ. præb propoſuit.
10 † ¶ Et facit tamen hoc quando vult, ut in capit. conſtitutus. quia
ipſe conciliis non ligatur: imo contra illa facere poteſt: vt extr. de
ele. ſignificaſti. & de reſc. nonnulli. licet difficile hoc faciat: ut ext.
de renun. poſt tranſlationẽ. prope. fi. Iure legationis ideo dixi: quia
legatis maxime cardinalibus quandoque de gratia ſpeciali conce
ditur, quòd prouideant de beneficijs, adiecta clauſula illa, nõ ob
ſtante certo canonicorum numero: & tunc primus legati aucto-
ritate receptus, quia auctoritate papæ receptus intelligitur, præ-
fertur ſecundo authoritate papæ recepto. Quidam tamen in hoc
contradicunt, dicentes, quòd ſi generalis legatus recipit ſpeciale
mandatum ſuper prouiſione alicui facienda, cum prædicta clau-
ſula, non obſtante certo, &c. ſecundo receptus auctoritate papæ
præfertur primo recepto auctoritate legati: quia, ut dicunt ſpe-
ciale mandatum directum legato legationis durante officio, non
inducit nouam auctoritatem papæ: ſed prorogationem poteſta-
tis ipſius legati. ar. ff. de preca. ſed ſi manente: & ſic primo rece-
ptus auctoritate prædicti ſpecialis mandati, non papæ, ſed legati
auctoritate prorogata, intelligitur eſſe receptus: vnde poſtponit̃
ſecundo recepto per papam: ut in conſtit. Alex. papæ. IIII. de cõ
d ceſ. præ. execrabilis.[d] Sed prius dictum uerius eſt, ut intelligatur
auctoritate papæ receptus. quia legatus non cardinalis hoc facere
non poſſet auctoritate legationis: ut extr. e. officij. li. 6. & ſic præ-
ponitur ſecundo recepto per papam. Nec obſtat præall. l. ſed ſi
manente. quæ loquitur, vbi prima & ſecunda cõceſſio in eadem
forma factæ ſunt. ſed mandatum legationis primo factum, & mã
datum de prouiſione uni uel plurib. facienda ſecũdario legato di
rectum, non ſunt eiuſdem naturæ uel formæ. Primum enim non
continet gratiam ſed generalem legationis formam: ſecundum
vero de prouiſione continet gratiam ſpecialem factam legato,
vel ei, pro quo ſibi papa ſcribit. Item conſtitutio execrabilis, non
obſtat, quia uel loquitur in recepto auctoritate legati cardi. qui
ex officio legationis poteſt beneficia conferre: ut exr. eod. quod
tranſlationem. & c. officij. & tali bene præfertur receptus auctori
tate papæ: uel dicam, ꝙ cum conſtitutio illa odioſa ſit: & contra
iuris rationem, non extenditur ad alium caſum, quam ad eum tã-
tum, in quo loquitur, quando ſ. comparatio ſit inter receptos in
e tra numerum quaternarium.[e] ar. de pœn. diſt. I. pęnæ. ff. de leg. &
11 ſe. conſu. ꝙ verò.† ¶ Quid ſi P. receptus autoritate legati, uel pro
prio motu capituli, impetrat literas Apoſtolicas ad executorem:
in quib. papa facta narratione de illius receptione eam approbat,
& mandat ſibi conferri præbendam, ſi qua vacat: uel quæ primò
vacabit, contradictores, &c. nunquid iſte primus præferetur ſe-
f cundò recepto auctoritate papæ[f]? Reſpondeo, quidam inſpiciũt
originem, ſ. receptionem auctoritate legati, uel capituli factam
arg. ff. de priui. cred. l. 2. & dicunt, ſecundo receptum auctoritate
papæ potiorem eſſe. Tu dic, ꝙ ſi receptus auctoritate legati,
uel proprio motu capituli primo præſentauit prædictas lite-
ras Apoſtolicas, quam receptus per papam ſuas, ſit potior in prę
benda primo poſt præſentationem ipſarum literarum vacante.
Non enim uideo, quòd ex quo papa ſibi prouideri de præbenda
mandauit ꝙ propter hoc deterioris conditionis eſſe debeat: quia
habet auctoritatem & conſenſum capituli, uel legati. Secus autẽ,
ſi primo receptus auctoritate legati, uel proprio motu capituli,
fuit poſterior in literarum Apoſtolicarum præſentatione: qa tũc
non habet cauſam uincendi per legatum, ut dixi. Item nec per pa-
pam, cum poſterius præſentauerit: ut ext. de reſc. capitulum. & ſic
ſæpe obtentum eſt. arg. ad hoc. ff. de dona. inter vir. & uxo. ſi dona
tæ. §. ſi ſponſus. C. lib. x. de conſulibus l. I. in fi. & in conſt. Alexan.
g IIII. de reſc. dilectus filius magiſter Laur.[g] extr. de conuer. con-
iu. placet. Hodie tamen multi curiales tenent, quòd ſecundo rece
ptus auctoritate papæ præferatur ipſi P. tum quia, ut dicunt, con-
firmatio & approbatio papæ, litera executoria & proceſſus per il
lam habitus, & omnia referuntur ad originalem receptionem, ut
præmiſſum eſt, & illius naturam non immutant: tum quia confir
matio ius non tribuit: nec reddit validum, quod eſt inualidum: vt
extr. de ſen. & re iud. cum inter vos. ext. de deci. dudum. & ideo q
dam in huius confirmationis literis apponi procurant ex certa
ſcientia: & etiam clauſulam illam, uolentes receptionem ipſam il
h las uires habere, ac ſi apoſtol. auctoritate facta fuiſſet.[h] extra, de
12 transla. c. I.† ¶ Sed ecce legatus ex officio, ſiue iure legationis re-
ſeruat collationem, ſiue beneficium primo vacaturum: demum
cõtingit illum mori, vel reuocari ante vacationem beneficij, uel
i etiam poſt, ſed ante collationem: quæritur quid iuris?[i] Reſpond.
dicit Ber. quòd collatio illius beneficij reſeruati redit ad ordina-
rium: cuius legatio morte uel egreſſu de prouincia finita eſt: vt j.
§. finitur. Sed dominus meus notat extr. de off. leg. capitu. fin. ꝙ
dominus papa, vel etiam legatus, in eadem prouincia ſucceſſor in
hoc illi legato ſuccederet, ut ext de eo, qui mi. in poſ. cau. rei ſer.
c. 3. §. I. & j uerſ. proxim. cum alter legatus ei ſuccedat in onere, ac
honore, ut extr. de off. or. paſtoralis §. pe. ext. de off. dele. quoniã
abbas. ar. extr. de reſc. literis. & præſertim vbi legatus, qui ſucce-
dit, maior eſt eo, qui reſeruauit ar. in his, quæ no. ſ. §. ꝓx. ver. ſed
an maior. ar tamen contra: quia perſonalis uidetur fuiſſe talis re-
ſeruatio. 7. q. I. petiſti. extr. de uſu pal. c. 2. extr. de conceſ. præben.
c. ꝯſtitutus. ff. de reg. iu. priuilegia. 26. q. 2. nõ exẽplo. Si uero lega-
tus nõ ſolũ reſeruauit, verũ ẽt executorẽ ad hoc exequẽdũ dedit,
q añ eius obitũ ſeu diſceſſum ꝓceſſit citãdo, uel publicãdo pote-
ſtatẽ ſibi ꝯceſſam, reſeruãdo, ĩhibẽdo, & ſimilia faciẽdo, talis qdẽ
13 poteſtas ꝑ hoc ꝑpetuata eſt.† Cum talis ꝯmiſſio miſta ſit, ut pote
habẽs cãæ cognitionẽ annexã, ext. de iud. exhibita. ꝓut contingit
in cauſis añ ingreſſum ꝯmiſſis & cęptis, extr. de off. del c. fi. curia-
les tñ ꝓ maiori ꝑte tenẽt, & ita dicũt ſæpe declaratũ fuiſſe, ꝙ qua
leſcunq; ꝓceſſus ſiue ꝑ legatũ, ſiue ꝑ executores ab eo deputatos
habiti ſunt, exeũte legatione añ vacationẽ ſeu collationẽ bñficij
reſeruati ipſo facto oẽs huiuſmodi ꝓceſſus expirãt: nec is ꝓ quo
facti ſunt, ſe põt in aliquo ꝑ illos iuuare: ut ꝑ hoc ſubtrahatur le-
gatis occaſio eccleſias aggrauandi, &c. Verum ſi legatus reſerua-
uerit

ADDITIONES.

a Electio. ¶ Contrarium teneo in Decre. dilecto. ubi uide ſuper ver. iuramen
to. ſic etiam fuit hic diſputatum, niſi in caſu quando electus, uel receptus ſci-
ens iuramẽtum id procuraſſet: quo caſu ipſe, qui periurio cauſam dedit, per
iurus eſt. 22. q. 5. c. I. facit ea. q. ſi quis ſe. cum tribus ſequentibus. 2. q. I. no-
tum. de of. del. c. I. & ſicut periurus repellitur. de iureiurando. querelã. ¶ Ad
de tu, an receptus ultra numerum iuratum ſit bene receptus quod refert an
ex iuſta cauſa, an non: ut primo caſu teneat facti receptio: ſecundo uero nõ
Ita uidetur concludere Archidia. in c. I. circa prin. 22. q. I.
b Vacatura. ¶ Expeditum eſt: ut infra ſequitur per Decre. hi qui. de pb. lib. 6.
c Parte I. ¶ Quod non poteſt legatus, ut hic, & e. ti. c. pen. 2. reſpon. lib. 6.
d Execrabilis. ¶ Quam non habemus.
e Quaternarium. ¶ Vt intelligas Alex. in conſtitutione illa, ſcias, ꝙ in plurib.
eccleſiis erat multitudo expectãtium, reſtrinxit illam multitudinem ad qua
tuor, ita ꝙ ſi per literas Apoſtolicas recepti erant quatuor, illi ſoli remane-
rent expectantes. etiam ſi poſt receptos auctoritate legatorum recepti fuiſ-
ſent. Si ergo intelligatur illud de receptis auctoritate legatorum habentium
ſuper eo poteſtatem à papa, dicatur ꝙ illud iuri contrarium non excedat ſuũ
caſum, ſ. quando fit comparatio inter receptos intra numerum quaterna-
rium, quo caſu uoluit immediate deſcendentes a papa præferri deſcenden-
tib. per perſonam legati mediam. Tertia ſolu, additur in decr. hi qui. in prin-
cip. alleg. in fin. vltim. gloſſ. ſcilicet quòd illa decr. eſt reuocata. quod non ui-
dit Guliel.
f Papæ. ¶ Expeditum eſt, ꝙ præfertur primus per decr. ſi eum. & c. ſi Apoſtoli
cæ. de præb. lib. 6.
g Laur. ¶ Quam habemus pro reuocata; quia non eſt in Sexto. ut in proœ-
mio Sexti, in fin.
h Fuiſſet. ¶ Fortior eſſet iſta clauſula, quam præcedens, uel quam illæ quas
ponunt decr. ſi eum. & ſi Apoſtolicę, quas in princi. allegaui.
i Iuris. ¶ Expeditum eſt, quòd finita legatione finita ſunt omnia. ſ. reſeruatio,
proceſſus, & omnia ab his cauſata. eo. tit. præſenti. lib. 6.

uerit p̄bēdā collationi dn̄i papæ, tūc indubitāter nō redit ad ordi-
a narīū ꝯferēdi poteſtas.[a] † ¶ Quid ſi legatus mādauit mihi ꝓuideri
14 de bn̄ficio vacāte, vel ēt nō vacāte cū h̄ret ſup hoc ſpecialē po-
teſtatē à papa? Dixit dn̄s meus, ꝙ talis ꝯmiſſio miſta eſt, ſ̄m ea, q̄
ipſe no. in Summa, in tit. de off. dele. §. quæ delegari. uerſi. qd ſi du-
bitas. Vnde bn̄ ꝑpetuat̄ ꝑ citationē, ſeu ꝓceſſum: vt extra de offi.
dele. gratū. & c. relatū. Et iō ſi poſt inſinuationē mādati, appella-
tionē, vel inhibitionē, vel reſeruationē ꝓ certa ꝑſona factā, lega-
tus moriat̄, vel reuocet̄: nō redit poteſtas ꝯferēdi beneficiū illud
ad ordinariū, cui eſt interdicta imò ad dn̄m papā, cuius auctorita-
te reſeruatio facta eſt, & q ꝓuiſionē faciēdā impetrāti ꝑ ſe, vel ꝑ
executorē ſuū ad ſe reuocauit: vt extr. de app. vt noſtrū. uel exe-
b cutor ab ipō legato deputat⁹ hoc exequat̄.[b] † ¶ Quid ſi legat⁹ mā
15 dat ꝓuideri alicui patiēti defectū ī ætate, uel alias īdigno? Dic lite
ras nō valere: vt extr. de æta. & quali. eā. rn̄ſo primo. & de reſcrip.
c cū adeo.[c] Et no. ꝙ ſi legatus ſcribit ꝓ me, ꝙ recipiar in aliqua ec-
cleſia: ipſis vero id facere nolētib. papa mādat eis, ꝙ iuxta formam
mādati ipſius legati me recipiāt ꝯdictores, &c. & ſi recipiar, intel
ligor eſſe receptus auctoritate Apoſtolica, non legati, ut in cōſt.
d Ale. I I I I. de reſcr. dilectus.[d] † ¶ Sed qd, ecce legatus de latere cō
16 ceſſit alicui epiſcopo[e] ꝑ ꝑ eius paupertatē, ius percipiendi fruc-
e tus cuiuſdam prępoſituræ, uel plebis per quinquennīū: quærit̄ an
hoc potuerit facere: & ſi præpoſitura nō fuit collata, quæritur an
vacet: & ſi uacat, queritur, an ſemeſtre tp̄s, quod ſpectabat ad col
lationem epiſcopi, ſit elapſum. Io. de Deo no. in q̄ōnibus ſuis, q. 3.
f ꝙ legatus nō poterit extinguere[f] illā diuerſitatē ad tp̄s, vel in per
petuū: cū hoc ſit ſolius papæ: ut extr. de ꝯſti. cū acceſſiſſent. & 22.
diſ. oēs. vn̄ non tenet, qd̄ fecit: vt ext. de p̄b. dilectus. Sed poſito ꝙ
ex cā potuerit illi fructus ꝯcedere: vt extr. vt eccleſia. benefi. vt no
ſtrū. ad fi. & de ver. ſig. tuā. tn̄ dignitas debuit cū aliquo emolumē
g to ꝯferri.[g] † ¶ Sed pone, legatus reſeruauit collationi ſuæ aliq̄ præ
17 bēdā: ordinarius uero illa uacātē eā alicui ꝯfert poſt huius reſer-
uationē: nūqd tenet collatio ordinarij? Dic ꝙ n̄ ar. extr. de iure pa.
cū dilectus §. nos igit̄. & extr. de do. & ꝯt. veritatis. ad fi. Cū eīn or-
h dinarius poſt inhibitionē[h] & reſeruationē ſuſpēſus ſit à collatio
ne illius beneficij: collatio eius tanq̄ à ſuſpenſo facta, nō tenet: vt
extr. de ꝯſue. cū dilectus. & de ele. cū inter. extr. de ꝯceſ. p̄b. quia di
uerſitatem. præſertim ſi decretum fuit interpoſitum iuxta s. ſcri-
ptam formam, vt patet in his, quæ no. extr. de p̄b. dilectus filius.
G. & in Sum. domini mei, eo. titu. §. & à quo. verſi. quid ſi legatus.
i de hoc not. ſecundum papam in prædicto. capitu. cum dilectus.[i]

ADDITIONES.

a Poteſtas. ¶ Idem no. de iure. pa. cum dilectus. in gl. ſed quid. Hoc uerum puto in caſu ſequentis verſi. quando id facit ex poteſtate papali: ſi iure legationis, non credo ꝙ poſſit ordinarios impedire, contra mentem decr. 3. & 4. eo ti. lib. 6. imò in his, de quib. loquitur præ. decr. 4. ſic aperte patet ex tex. etiam legatione durante ordinarios per eum impediri non poſſe.

b Exequatur. ¶ Et ſic ſeruatur.

c Cum adeo. ¶ Vt ibi ſcripſi in vlt. glo. etiam de papa dubitatur, an eo caſu ſit ſibi parendum. Adde Old. plene à conſi. 332. vſque ad 335. incluſiue. ubi ponit, an papa pupillo præſenti conferens gratiam de dignitate in aliqua eccleſia, uideatur diſpenſare ipſum pupillum reſpectu ætatis.

d Dilectus. ¶ Quam non habemus, ſed patet hoc de præben. ſi eum. li. 6.

e Alicui epiſcopo. ¶ An ex cauſa hoc poſſet, no. de reſ. ſi propter. in gl. an legatus. & omnino uide quod ſuper eius finem ſcripſi propter cle. de reb. eccle. nō alie. ſi vna. 2. reſpon. Scripſi etiā ibi ſatis plene in gl. pe. ꝙ epiſcopus cū capitulo poſſet ſtatuere, ꝙ pars certa fructuum beneficiorum ſuæ diœceſis primi anni deberetur fabricæ eccleſiæ ſuæ concurrentib. tribus ibidem expreſſis: nec per id auctorizat in facto proprio. Adde, quando propter paupertatem epiſcopus poſſit unire eccleſias, Old. conſi. 260. cum duob. ſequentib. & per Fed. conſi. 111.

f Extinguere. ¶ Iſtud non eſt extinguere, quod patet ex ſequentibus.

g Conferri. ¶ Vt no. de præben. ſi tibi conceſſo. li. 6. in gl. 2. ſecus ſi conceſſa eſſet beneficiorum retentio: vt in decr. ſi gratioſe. li. 6. de reſc. Erit autem emolumētum illud, quod habetur de off. or. præſenti. §. porro. & in extrauag. Io. ſuſcepti.

h Inhibitionem. ¶ De hoc non dixerat in quæſtione. hoc dico propter ea, quæ ſcripſi de præben. ſi apoſtolicæ. lib. 6. ſuper gl. no.

i Dilectus. ¶ Vt ibi ſcripſi ſuper verbo. inhibens.

QVAESTIO.

☞ An legatus poſſit concedere maſſariam fratrum laborerij, vel cōcedere alicui fratrum laborerij ſicut alia beneficia? Stephanus quòd ſic in cle. 2. extr. de præb. in fi. in uerbo, apoſtolicus.

*SVMMARIVM.*

Interdicta legato, & ſedi Apoſtolicæ reſeruata.

1 *Cauſæ maiores ad ſedem Apoſtolicam ſunt referendæ, & ſuper iſtis citatus corā ordinario pōt abſque grauamine ad ſedē Apoſtolicā appellare.*
2 *Papa ſeu prima ſedes à nemine poteſt iudicari, niſi in cauſa hæreſis.*
3 *Papa ſolus poteſt erigere, ſiue de nouo ordinare eccleſias cathedrales.*
4 *Vnire duos epiſcopatus in unum, & unum diuidere in duos, ſolius papæ eſt.*
5 *Transferre unum epiſcopum de una eccleſia ad aliam ſolus papa poteſt.*
6 *Reſtituere ſolenniter degradatos, ſolius papæ eſt.*
7 *Reſtitutio ſiue diſpenſatio iuri cōi petita, &c. poteſt fieri per epiſcopum.*
8 *Remouere epiſcopum deſerentem eccleſiam ſuam ab epiſcopatu, ſeu adminiſtratione epiſcopali, poteſt ſolus papa: & num. 12. aliquando cardinalis legatus de latere.*
9 *Promouere inſufficiētes, & defectū patiētes, puta bigamos, &c. pōt papa.*
10 *Diſputare, utrū dignus ſit quem princeps eligit ſacrilegij inſtar eſt.*
11 *Committere cauſam appellatione remota, nullus poteſt, excepto principe.*
13 *Patriarcha Conſtantinopolitanus & Alexandrinus videtur poſſe deponere epiſcopos ſuos.*
14 *Supplere defectus in contractibus & iudicijs, papa intereſt.*
15 *Clauſula illa, Supplemus de plenitudine poteſtatis ſi quis defectus fuerit: in priuilegijs appoſita, quomodo ſit intelligenda.*
16 *Cardinalis legatus in teris Imperij, an Imperio uacante poterit ex officio legationis cognoſcere de cauſis inter laicos.*
17 *Papa poteſt deponere Imperatorem propter ſuas iniquitates.*
18 *Abbas uel prior exemptus renunciare debet in manib. papæ, & non aliter.*
19 *Diſpenſare cum ſimoniaco in ordine ſolus papa poteſt.*
20 *Diſpenſatio epiſcopi, quoad ſimoniam, in quib. ſe extendat.*
21 *Ignorans ſe ſimoniam commiſiſſe, poſtea tamen ſciens ratum habet perinde eſt ac ſi ab initio conſenſiſſet.*
22 *Ordinatus à ſimoniaco prælato, caret executione, donec cum eo fuerit diſpenſatum.*
23 *Diffinire & decernere, ubi dubitatur, utrum iuramentū ſit ſeruandum, uel non pertinet ad papam.*
24 *Iuramentum & uotum ſunt de iure naturali.*
25 *Iuramentum dolo, ui, uel metu extortum, poteſt epiſcopus in eo diſpenſare.*
26 *Diſpenſat epiſcopus ex cauſa in iuramentis licite præſtitis.*
27 *Conſuli debet papa, utrum iuramentum ſit illicitum.*
28 *Iurantes ſe facturos aliquid, quod ad cultum Dei, aut religionem, uel pietatem pertineat, nequeunt ſibi talia iuramenta remittere.*
29 *Iurantes ſe facturos id, ad qđ alias tenent̄, non poſſunt ſibi remittere iur̄m.*
30 *Iurans in honorem Dei ſe quicquam facturum, quomodo teneatur.*
*Iuramentum poteſt relaxare is, cui iuratur.*
31 *Papa ſolus, uel cui ſpecialiter commiſerit, poteſt excommunicatū a ſe abſoluere: quia eius eſt ſoluere, cuius ligare.*
32 *Papa in quibus debet ſolus diſpenſare, uel quæ pertineant ad eum ſolum declarare.*
33 *Epiſcopus quandoque poteſt penitentiam a papa iniunctam diminuere.*
*Papa excommunicatum ſalutans, uel aliter ei participans, præſumitur eo ipſo ipſum uelle abſoluere.*
34 *Inferior abſoluere non poteſt, ubi lator canonū ſibi abſolutionem retinet.*
35 *Papa ſolus diſpenſat cum eo, qui irregularitatem incurrit.*
36 *Cauſa qualitercūque ad Papam delata, dēt per eū examinari & diffiniri.*
37 *Appellatio extra iudicium quō, & in quibus recipiatur, aut impugnetur.*
38 *Appellatio non ſemper eſt admittenda.*
39 *Diffiniri debet per papam, ubi de fide, uel fidei articulo dubitatur.*
40 *Prouiſionem, quæ nondum facta eſt ſi eā contingat fieri papa poterit pronunciare irritam & inanem.*
41 *Papa quid agere habeat erga Imperatoris creationem.*
42 *Mutat Papa etiam rei naturam, de aliquo faciens nihil, de nihilo faciens aliquid &c.*
43 *Papa ſolus legibus eſt ſolutus: nam nulli ſubeſt, nec ab aliquo iudicatur.*
44 *Appellatur ad papam omnibus medijs omiſſis.*
*Abbate & monacho contradicentibus, poteſt papa monachum extrahere de monaſterio. & ſibi prouidere.*
45 *Papa ſolus poteſt auferre uni, & dare alteri.*
f Ad ipſum. ¶ Satis uidetur hoc procedere, etiam in appellat. de quibus. lo-
quitur Decr. quamuis. de elect. lib. 6. & c. 1. ſi poſtquam. & c. prouida. Nã ẽt
in illis non omnis appellatio deuoluit: ſed interpoſita in ſcriptis, & ex cauſa
probabili. Item poſſet eſſe ab illo canonice receſſum. & ut ibi patet, de hoc
cognoſcit inferior: antequam ſit præſentata papæ. ut ibi. & facit quod no. in
c. quamuis. in glo. ergo ſi.
g Circa medium. ¶ Solue, ut ibi not. & 80. diſt. c. 2.
h Expediri. ¶ Super hoc ultimo uide quod ſcripſi de conceſ. præbẽ. ſi ſoli. lib.
6. ſuper gl. no. ſuper primo, quæ tractat, an ipſe ſolus apponat decretum, ui-
de quod dixi de præb. ſi apoſtolicæ. eo. lib.
i Venerabilem. Et in cle. de iureiuran. Romani. in prin.
k Sacra. ¶ Vide j. §. diſpenſatio. uerſi. ius autem.
l c. 1. ¶ De hoc no. plene eo. tit. c. vno. lib. 6.

ff.de legib.l.princeps.& 25.q.j.c.ideo permittente.§.ſi ergo. pro
pe principium.verſi.ita ergo.quia nulli ſubeſt,nec ab aliquo iudi
catur,vt ſ.verſi.1.decet tamen ipſum ſeruare iura;vt C.de legib.
digna vox.extr.de ſup.neg.præla.licet.11.q.1.peruenit.9.q.3.ipſi
ſunt.&c.patet.9.diſt.iniuſtam palea eſt,& in præ.§ ſi ergo. verſic.
hinc etiam.de eod. Vnde Chriſtus volens baptizari à Ioanne, di-
xit:Sic nos decet omnem iuſtitiam implere:vt in Euangelio Mat
thæi legitur,3.cap. ¶Xlvij. Appellatur ad eum omnibus medijs
omiſſis.2.q.6 capit 2.3.4.& 5.ext.de app.dilecti.licet ſit arg. ſ. 2.
a quæſt.6.Decreto.[a] Alias,autem gradatim eſt appellandum,ut 2.q.
6.metropolitanum.11.q.j.peruenit.in Auth.col.4.de appe. & in-
tra quæ tempora.§.illo videlicet.qui.§.eſt 2.q 6.anteriorum.ver-
ſi.illo.de legato not.ſ.§ ſupereſt.uerſi.illud autem. ¶Xlviij. Sen-
tentia eius facit ius, ſi animo ius condendi pronunciat.extr.de re
44 iudi.in cauſis.†¶Xlix.Abbate & monacho contradicentibus.po
teſt monachum extrahere de monaſterio,& alicui epiſcopo, vel
principi in ſocium aſſignare,uel ſecū tenere.9.q.3. per principalē
octaua diſtinctio.quæ contra mores.11.quæſtione. 9. qui reſiſtit.
nec mirum. Nam & ſecundum quoſdam de monacho poteſt fa-
cere non monachum:prout not.ext.de ſta.mo. cum ad monaſte-
rium.in fi.¶L.Diſpenſat in criminib.quę ſunt maiora adulterio;
epiſcopi vero poſſunt in adulterio,& in minorib.vt extr.de iudi.
at ſi. Vtraque tamen regula fallit prout dicam j. de diſpenſat. §.
nunc breuiter.& §.nunc de epiſcoporum.in verſicul. in his ergo.
¶Lj. Canonica impedimenta matrimonij aliquando reſtringit
& annihilat:vt patet ext.de conſang.& affi.non debet. 35. quæſt.
3.quædam lex.& c.quod ſcripſi.j.uerſic.75.¶Lij.Ipſe ſolus licite
b ordinat[b] extra quatuor tempora in feſtiuis diebus, puta Domini-
cis,ut ext.de tempo.ordin.c.1.& cap.de eo. & ſi alius hoc fecerit
papa ſolus cum taliter ordinato,& cum ordinatore diſpenſat: vt
eo.tit.cum quidam & argumen eodem titu.dilectus.Sed videtur
quod archiepiſcopus diſpenſare ualeat cum taliter ordinato: vt
eodem.tit conſultationi.Sed illud intelligunt quidam ibi ex ſpe-
ciali domini papæ mandato factum eſſe:vt eodem titul. cum qui-
dam. Alij contra:ſed ſi ordinatus ab alio,quam à papa extra ſtatu
ta tempora,vel alias illicite celebret ante diſpenſationem obten
tam,ſolus papa cum eo diſpenſat,ut quidam dicunt,quod dic,ut
j.de diſpen.§ nunc de epiſcoporum. verſi.prohibetur.¶Liij.ipſe
ſolus una & eadem die ad duos ordines ſacros promouet aliquē;
ut eod.titul.dilectus.ſed ſi ab alio promotus ſit, potuerit cum il-
lo epiſcopus diſpenſare, vt dicunt quidam, cum non prohibeant
ut ibi. Alij contra de hoc in præ verſi.prohibetur.¶Liiij.Promo-
tum à ſe,uel a prædeceſſore ſuo,ipſe ſolus ordinat;ut ext. de tem.
c ordi cum in diſtribuendis.[c] ¶Lv.Ipſe ſolus facit ordinationes in
die ſuæ conſecrationis:ut ext.de ele quod ſicut.§.ꝑpterea ¶Lvj.
Ipſe ſolus poteſt beneficia vecatura conferrre:ut ſ §.nunc tracte
45 mus in prin.& uerſi.de illo †¶Lvij ipſe ſolus poteſt auferre vni,
& dare alteri.24.q.8.conuenior.& c.ſeq.in fin.12.quæſtio.2.futu-
ram.Quod non poteſt legatus, vt ſ.uerſi.11.Solus enim princeps
d poteſt aliquem iure ſuo priuare:[d] vt in præ.concor.& C.de qua-
dri.præ.bene,& 9.quæſt.3.cuncta.& ca.per principalem. ¶Lviij.
Ipſe poteſt contra omnia ſtatuta & concilia venire: vt ext.de ele.
ſignificaſti quod non poteſt legatus in præ verſic. de illo. ¶Lix.
Ipſe concedit epiſcopalia inſignia abbatibus & inferioribus, puta
mitram, anulum,baculum paſtoralem,ſandalia,& ſimilia: prout
not.in Sum.do.m.in titu.de uſu pal §.& quibus diebus.uer. & no
e tandum.j.uer.79 [e]Vel quod aliquis faciat ante ſe crucem porta-
ri.ut ext.ut lite pen.cap.1. quod tamen fieri non debet in præſen-
tia eius uel ſui legati,ut extr.de priuile antiqua. & archiepiſcopi
inſignia ſua recipiunt de corpore beati Petri:ut extr.de elec. ſigni-
46 ficaſti.ad fi.†¶Lx Ipſe concedit laico ſpiritualia:puta ius eligen-
f di,[f] vt ext de iure pat.nobis fuit.& eccleſias & decimas,eximendo
ipſum à præſtatione decimarum, ut extra.de deci. à nobis. quod
alius facere non poteſt:ut extr.eo.tit.quamuis.& cap.tua.& j. ad
idem, 2.quæſt. 5.Mennam ibi, coram te.& c.32.diſt.c. præter hoc
§.ad hoc.uer ſcribit enim.ubi videntur ſpiritualia. ſiue cauſæ ſpi-
rituales laicis delegari, quæ tamen ſunt eis alias interdicta: ut pa-
tet ext de conſtit.eccleſia.& de reb.eccle.alie.uel non.cum laicis,
96.diſt.bene quidem.extr.de iudicijs decernimus. de hoc extr. de
arb contingit.¶Lxj.Concedit presbytero, quod poſſit infantes
chriſmare in fronte.95.diſt. peruenit. quod à nullo alio fieri po-
teſt,ut ext.de conſue.quanto.& de ſacra vnct c.unico, §.qnia ue-
47 ro.uerſicu.per frontis.& de conſecra ecc.uel altar.aqua. ¶Lxij.
Ipſe ſedet in ſede illa,quam Dominus ſibi in perſona beati Petri.
ſpecialiter elegit,ut extr.qui fil.ſint leg.per venerabilem §.ratio-
g nibus.verſic.ſane. [g] ext de bap.maiores.in princip.19.diſt. enim-
uero.Ideoque ſummus pontifex appellatur:ut ext.de ſtat. mona.
cum ad monaſterium in fin.ad idem.19.& 20.& 21.& 22.diſt.per
totum.¶Lxiij.Approbat ſcripta aliorum & conſilia, ext.de ſum.
tri.c.2.in fin.19.diſtin ſi Romanorum.15.diſtin.ſancta Rom. 17.
48 diſt.regula.ext.de hæreticis.cap.fraternitatis.†¶Lxiiij.Ipſe ſolus
diſpenſat cum filio ſacerdotis,ut habeat eccleſiam, in qua pater
eius immediate miniſtrauit ſecundum Gof.ut ext.de fil. presbyt.
h dilectus.[h]¶Lxv.Ipſe ſolus diſpenſat cum illegitime nato.ꝙ dic,
vt j.tit.1.§.nunc de epiſcoporum.uerſicu. utrum autem. ¶Lxvj.
Ipſe ſolus diſpenſat cum ſuſpenſo, ſeu interdicto ab homine, uel
excommunicato celebrante,de quo dic,ut j.d.§.nunc de epiſco-
porum. verſic.ſed nunquid poteſt. ¶Lxvij. Ipſe ſolus abſoluit in-
cendiarios,poſtquam ſunt excommunicati denunciati, ſecundū
i Ioan.De Deo:[i] ut extr.de ſenten.excommuni. conqueſti.& c.tua.
¶Lxviij.Ipſe ſolus abſoluit occiſores clericorū: uel ſi alias leſio
ſit enormis,vt j.§.nunc dicamus. verſi circa. ¶Lxix.Ipſe ſolus di
ſpenſat.ut nouitius uel homo alterius profeſſionis fiat abbas, ſe-
K cundum Papiam & Ioan.de Deo [k]ut extra,de elect.c.officij. Alij
contra,ut j.d.§.nunc.de epiſcoporum.uerſi. 52. & §. conſequen-
l ter. verſic.legatus.[l]¶Lxx.Ipſe ſolus diſpenſat,ut monachus, laī-
cus,uel in minoribus ordinibus exiſtens fiat epiſcopus. 61. diſtin.
miramur.63.diſtinc. Valentinianus.61.diſtinct capitul.Oſius epi-
ſcop.§ ſed aliud. ſ. verſicu.13. ¶Lxxj Ipſe ſolus diſpenſat cum il
m lo [m]qui ſcienter excommunicatus ordinem recepit,ut extra, de
ſenten,excom. cum illorum.§.1.& hoc ſiue ſciat ius, ſiue ignoret
& etiam quod plus eſt, ſi non recordabatur de facto propter qđ
excommunicatus erat, quia in culpa eſt: nec poteſt cum tali epi-
ſcopus diſpenſare, ſecundum Papiam:ut ibi.¶Lxxij. Ipſe ſolus di
ſpenſat cum ordinato in apoſtaſia,ut extra,de apo.cap.fin. argu.
tamen contra,ꝙ etiam abbas hoc poſſit:ut extr.de temp,ordi.ex
n parte.[n] ¶Lxxiij.Cum ordinato a ſchiſmatico ſolus papa diſpen-
ſat ſecundum B. Alij cōtra,ꝙ etiam epiſcopus hoc poſſit,uel dic
prout legitur & no.ext de ſchiſm.c.2.& extr.de electio quia dili-
gentia.¶Lxxiiij. Is qui renunciauit executioni pontificalis officij,
ingrediendo religionem, per ſolum papam ipſum recuperare po
teſt, ut extr.de renunci.poſt tranſlationem.¶Lxxv.Ipſe ſolus di-
ſpenſat in gradu conſanguinitatis prohibito, & non legatus: ut
extr.de conſanguin.& affin.quod dilectio.& c.quia circa.extr. de
tranſact.c.fi.35.q.3.quædam,& quod ſcripſi.ſ. uerſ.51.¶Lxxvij.
Ipſe ſolus diſpenſat cum regularib.exeuntibus.ad audiendum le-
ges,uel phyſicam,ut promoueantur, ut extr.ne cler.uel mo. non
o magno.in fin.& ca.ſuper ſpecula.reſ. j. ſecundum domi.meum.[o]
¶Lxxvij. Cum non ordinato miniſtrante,ut ad ſuperiores ordi-
nes aſcendat:ut j.§.nunc de epiſcoporum.uer.18.¶Lxxviij.Secū
dum quoſdam ipſe ſolus diſpenſat cum eo, qui excommunica-
tus uel ſuſpenſus recipit beneficium eccleſiaſticum, ut j. eod §.
p verſicu.16.[p]quod non placet.¶Lxxix. ipſe ſolus concedit diaco
no, ut compagibus ſiue ſandalijs utatur, ut 93.diſtinctio. perue
nit ad nos.& clericis ut mappulis uti poſſint, ut 100. diſtincti. il
lud.ſ.uer. 59 ¶Lxxx.Ipſe ſolus diſpē ſat in decimis non dādis, ꝙ
dic,ut

## ADDITIONES.

a Decreto. ¶Ibi ſoluitur in 2. glo. Adde quod ualet appellatio interpoſita ad concilium,uel ſummum pontificem:qn quis dubitare poteſt, quod ſacrum concilium nollet de cauſa cognoſcere. Ita conſuluit Roma.conſi.340. & reſpectu uerſ.ſeq.dic quod idem Ro.conſuluit, quod a ſententia papæ appellatur,quando ipſe iudicat ex relatione non uera eidem facta: & hoc caſu cō cilium non debet remittere cognitionem ipſi papę. Vide eius conſi.521.

b Ordinat. ¶Supple,ad ſacros.

c Diſtribuendis. ¶Hæc decre.de ordinato probat. non de promoto, De quo vide quod ſatis ſcripſi de tempo.ordi. cum nullus. libro 6.ſuper uerſicul.in hoc caſu.

d Priuare. ¶ Etiam nuda voluntate,infra verſicul. 89.& infra titul.1. §. nunc breuiter. ante fin. non tamen debet id facere ſine cauſa: ut nota.22.diſtinct. capitul.1. Item inferiores, quandoque id facere poſſunt ex cauſa. ad hoc. de relig.do.conſtitutus.in gloſſ.hic ergo cum ſuis remiſsionibus. ¶ Adde pulchre Bald. conſil. 92.lib. & conſil. 38. & 170.1.lib.Paul.de Caſtr.conſilio. 218.& 232.& plene 283. & ibi an poſsit expedire ardua ſine conſenſu cardinalium: & an poſsit tollere dominium rerum ſuarum clerico non ſubdito.

e Verſi.79. ¶Ad hoc de priuileg.ut Apoſtolicæ.lib.6.

f Eligendi. ¶ Vide quod dixi ſupra proxim.§.ſuper uerſicul.ſed nunquid legatus.

g Verſ.ſane. ¶De elect.fundamenta.§.nec autem.lib.6.uide quod dixi eo. lib. de temp.or.c.j.ſuper gl.quid econuerſo.

h Dilectus. ¶ Vide j.§.qui ſtatim allegatur in fi. Adde quando epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo. Old.conſi.215.

i Ioan.de Deo.Vt ſ.articu.2.

k Io.de Deo.¶Vbi ſ.

l Verſi.legatus.¶Vide quod ibi dicam.

m Cum illo.¶Etiam religioſo.

n Ex parte. ¶ Ibi non fuit uera apoſtaſia; imo ſi ad maiorem tranſierat, non peccauerat. Adde in uer.ſe.an papa ſine cauſa poſsit diſpenſare inter cōſanguineos matrimonium fiendum.Bal.conſi.433.lib.3. Et an papa poſsit diſpenſare, ut nepos uxorem patrui ducat in uxorem; & fuit in nepote regis Angliæ.Pe.de Anch.ꝙ ſic,eius conſi.383.

o Dominum meum. ¶ Item dominus meus in additione,quam ibi poſuit in b.ie ult.glo.

p Verſi.16. ¶ Ibi dabo remiſsionem.

dic. ut extr. de deci. ex parte, & capitul. à nobis. & ſupra. verſicul.
60 ¶ Lxxxi Vt portet Chriſtianus arma Saracenis, vt extr. de Iu-
49 dæis. ſignificauit. † ¶ Lxxxii. Committit cauſam laico ſpirituale̅
vt ſupra. verſicul. 60 ¶ Lxxxiii Ipſe ſolus diſpenſat cum clericis
conferentibus eccleſiaſtica ſacramenta hæreticis, & ab eis obla-
tiones & eleemoſynas recipientibus vt extr. de hæreticis. excom
municamus. §. ſane. ubi de hoc. ¶ Lxxxiiii. Ipſe ſolus diſpenſat ſe-
cundum quoſdam contra canones iniungentes certam pœniten-
tiam, ſeu ſatisfactionem in enormibus criminibus, ut eſt homici-
dium & ſimonia in beneficio cum cura, uel in ordine. 50. di-
ſtinctio minor. de hoc. extr. de renuncia. apoſt tranſlationem.
in fin. contra. infra. §. diſpenſatio. verſicul. & ſcias. ¶ Lxxxv. In
uoto continenriæ, & pro terra ſancta emiſſo infra titu. 1. §. nunc
de epiſcoporum. verſic. 134 ¶ Lxxxvi. In ætate ſecundum quoſ-
dam, ut eo §. uerſicu. 53 & ſupra uerſicul. 33. ¶ Lxxxvii. Ipſe con-
ſirmando ex certa ſcientia firmat & ſanat infirmum: extr. de con-
fir. util. capitul. 1. extr. de tranſact. capitul. 1. & ſupra verſicul. 18.
50 † ¶ Lxxxviii. Ipſe habet utrunque gladium, ſcilicet, temporale̅
& ſpiritualem ex commiſſione Dei, ut 22 diſtinctio. c. omnes. &
a in Euangelio, [a] Ecce duo gladii: & Dominus, cuius ipſe uices gerit
vtroque uſus eſt, ut 10. diſtinct. quoniam idem, & 96. diſtinctio.
cum ad uerum. ſed & alii quandoque habent exercitium utriuſ-
51 que gladii: ut extr. de ſenten. excommu. dilecto. lib. 6. † ¶ Lxxxix.
Ipſe eſt ſucceſſor Petri, & uicarius Ieſu Chriſti, uicem non puri
hominis, ſed ueri Dei gerens in terris, ut extr. de tranſla. epiſcop.
inter cor. reſpon. 1. & capitul. quanto. reſponſ. 1. & capitul. licet.
extr. ut eccle. ben. ut noſtrum. §. 1. uerſicul. porro. 21. diſtinctio. ca
pitu. 1. extr. de homi. pro humani. 24 quæſtio. 1. quoniam uetus.
unde omnia regit & diſponit, & iudicat, prout ſibi placet. 9. quæ-
ſtio. 3. cuncta. & capitul. per principalem. 2 quæſtio. 6. ideo. licet
& quilibet epiſcopus ſit, quo ad quædam, uicarius Chriſti: ut 23.
quæſt 5. mulierem. & extra, de ſacra unct. capitu unico. § ad exhi-
bendum. uerſicu. caput igitur & § ſeq. uerſi ad quod etiam. ¶ Ha
bet etiam papa plenitudinem poteſtatis, ad quam uocatus eſt.
Alii uero in partem ſolicitudinis ſunt uocati, ut extr. de uſu pal.
ad honorem, 2. quæſt. 6. Decreto. & capitu. qui ſe ſcit. & dummo
do contra fidem non ueniat in omnibus & per omnia poteſt face
re & dicere quicquid placet, auferendo etiam ius ſuum cui uult
quia non eſt qui ei dicat, Cur ita facis. 19. diſtinct. in memoriam.
52 de pœn. diſtinct. 3. capitul. quamuis. † Nam & apud eum eſt pro
ratione uoluntas, & quod ei placet, legis habet uigorem. Inſtitut.
b de iur. na. § ſed quod princ. Poteſt etiam omne ius tollere: [b] & de
iure ſupra ius diſpenſare. ut ſupra uerſicu. 18. Item non habet ſu-
periorem, ut ext. de ele. licet Sed ipſe ſuper omnes eſt: nec poteſt
ab aliquo iudicari. 21. diſt. in nouo. & c. nunc au̅t. 9. q. 3. cuncta. &
c. nunc uero. & ſeq. 2 q. 5. auditum. s̃. uer. 46 & habet in terris ple-
nitudinem poteſtatis. 2. q. 6 Decreto. Item habet cœleſte arbitriu̅
vt C. de ſum. tri. l. 1. Item ei iura cœleſtis & terreni Imperii à Deo
c commiſſa ſunt: ut 22. diſt c 1. [c] Quædam t̃n ſunt, in quib. papa di-
ſpenſare non pōt, ut j̃ §. nu̅c breuiter. & dixi in noſtro aureo Re-
pertorio, ſub ti. de temp. ord. in rubrica. Hæ ſunt irregularitates,
quæ deiiciunt iam promotos. ¶ Præmiſſa autem omnia quæ ſibi
ſpecialiter in ſignum generalis dn̄ij, ſedes Apoſtolica reſeruat, ge
nerali legationis mandato non tranſeunt in legatum, niſi ſpecia-
liter committantur, ut 25. q. 2 ſeruatis. extr. de off. leg. ꝙ tranſla-
tionem. & 17. diſt. huic ſedi. Hæc enim ſunt quaſi meri imperii. ff.
de iur om iu. in l. imperium & j̃. de iu. om. iud. uer. ſecundum ca-
nones. & ideo in generali commiſſione non tranſeunt, ſicut &
multa alia ſunt q̃ in gn̄ali mandato non tra̅ſeunt. ut probat. ff de
off. eius cui man. eſt iur. l. 1. Ad idem accedit ff de his, quæ in frau
dem creditor. ſi pater. ff. de don. filiusfamilias ff de pec. qui pecu
lii. ff. de procur. l. Pomp. & l. mandato. ff. de dam. infe. dies cautio-
ni §. 1. ff. de iuriſ. om. iud. iubere. ¶ Legatus igitur quicunq; præ-
dicta uſurpare non debet, ſecundum do. m. alioquin co̅fundetur
ut extr. de uſu pal. niſi. & de tranſlatione epiſcopi capitul. 1. 3 &
4. ext. de off. leg. quod tranſlationem. & c. niſi. Vſurpare autem in
telligitur niſi ſuper præmiſſis priuilegium & conceſſionem he̅at
ſpecialem, arg. extr. de priui. porrò. & c. ſane. nec intelligitur à ſe-
de Apoſtolica emanare, quod ab eo non emanabit, ut s̃. §. nunc
53 tractemus. in princi. † ¶ Alia autem quæcunque exercere poſſet
is, qui legatum miſit, quæ ſibi ipſi ſpecialiter non reſeruat, exerce-
d re poteſt legatus: ſecundum Goff. [d] & B. & d. m. & fere omnes. ex
tra. de ſent excōmu. nuper. extr. de off. leg. quod tranſlationem.
extra, de off. uica. c. pen Idem etiam no. Io. 2. q. 5. de cauſa. Et pro
eis facit ff. de procu. procurator cui & l. ſeq ¶ Legatus. n. pleniſ-
ſimam iuriſdictionem habet, cui adhæret merum imperiu̅, ſicut
& procon. ff. de off. procon ſi in aliam. §. ſi & maius imperium ha
bet in prouincia ſibi decreta omnib. aliis poſt principem, ut ff. eo.
& ideo. & ff. de offi. præſid. l. 4. nec quicquam eſt in ea prouincia,
quod per ipſum non expediatur, ut ff de offi. proconſu. nec quic
54 quam. in prin. † Nam ipſe uicem proconſulis & p̃ſidis prouinciæ
e obtinet, ut in conſti. Clemen. 1111. eo. titu. ex parte. [e] ¶ Sed certe
res periculoſa uidet̃, ſic dicere indiſtincte. Vnde circa legati pote
ſtatem dicendum uidetur, quod ſi ſibi commiſſum ſit in certa ꝓ
uincia plenę legationis officiu̅, oı̄a exercere libere & immediate
poterit, quæ ſiue de iure, ſiue de co̅ſuetudine quilibet ordinarius
f offic. ſuæ legationis exercere poteſt: ſiue ſit ille abbas, ſiue epiſco-
pus, archieps̄ ſiue primas, uel patriarcha [f], uel alius qcu̅q;. ut in p̄.
l. ſi in aliam. § fi. ff de off. præſi. l. ex omnibus. & l. ſequen. & l. ſed li
cet. ipſe enim ordinarius eſt in illa prouincia: ut ſupra. §. ſupereſt.
uerſic quid de ſententia. quia gerit uices domini papæ, ut extr. de
conſuetudin. cum uenerabilis. extra, de præſum. mandata. xciiii.
diſtinct. cap 1. extra, de off. legat. c. 1. & c. quod tranſlationem. Illa
autem, quæ ſunt ſedi Apoſt. ſpecialiter reſeruata, tangere non de
bet, ut dixi. ſed & ſi aliqua immineant, quæ ſedes Apoſtolica ſibi
ſpecialiter reſeruaſſe non inuenitur, ardua tamen & grauia ſunt,
debet legatus illa ad Apoſt. ſe referre, ut euidenter probatur xvi.
q. 1. frater noſter. circa medium. xxv. q. ii in Galliarum. ext. qui fil.
ſint legi. per uenerabilem, prope fi. ext. de bap. maiores. in princi.
xvii. diſtinct. multis. 18. diſt. cap. 1. extr. de off archi. ad hoc. §. item
in epiſtola. extra, de tranſl epiſcopi. cap 1. Vnde legitur in Exod.
cap. 18. in fin. quod Moyſes conſtituit principes & tribunos, qui
quid maius eſſet ad eum referrent, & faciliora tantummodo iu-
dicarent. Ad idem ext. de re iudi. cum æterni. 1. reſp. ſicut ſunt il-
la quæ maiori animaduerſione indigent: ut ff. de off. præf. ur. l. j. §.
item ſolent. Ad idem ff. de off. præf. vigilum. l. 3. §. cognoſcit. ff. de
off. procon. l. ſi quis erit Et abſoluere occiſores clericorum, ut in
fra. §. nunc dicamus verſicul. quod etiam. ſicut etiam ſunt ea, quę
per generalia concilia ſunt prohibita: quę tangere non debet, ut
ſupra. §. nunc tractemus. ver. ſed illo. licet alias merum imperium
habeat, ut prędixi, & alia ſimilia. Cum enim plura ſint negotia,
quam vocabula, ut ff. de præſ ver. l. naturalis non poſſunt omnes
articuli legibus comprehendi, ut ff. de legibus. l. non poſſunt. & i-
deo eſt de ſimilibus, ad ſimilia procedendum, vt extra, de reſc. in-
ter cęteras, & C. de leg. leges. pręſertim vbi nulla diſſimilitudo no
tari poteſt, ut 28 quæſt. 1. ſic enim neque in 3. colum. uer. nu̅quid
etiam. hic. Intelligendum eſt ergo, dominum papam maiora &
grauiora ſibi retinuiſſe, licet illa non ſint in iure expreſſe ſcripta.
ut in præ. concor. Item in dubijs melius eſt abſtinere. quam incon
ſulte falcem in meſſem ponere alienam, ut in præ l. nec quicqua̅.
reſp 1. extra. de elect. uenerabilem 6. queſtion. 3. ſcriptum. & arg.
ext. de ap. dilectis. in fi. & 14. diſt. ſicut, quia non omne ꝙ licet, ex-
ped-

ADDITIONES.

a In Euang. ¶ Luc. 22. Adde tu, vt hodie habemus extrauagantem Bonifa
cii 8. incip. Vnam ſanctam catholicam. ſub titulo de maio. & obe.
b Ius tollere. ¶ Etiam taliter, ꝙ habeatur ꝓ non facto: vt in cle. de im. ec. qm̄.
c c. 1. ¶ Scias ꝙ de his 89. caſibus Hoſtien. poſuerat 61. in Summa huius tit.
§. quid pertinet. uer. illud quidem miror, quod omiſerunt caſum De cre. ult.
de relig. do. in prin. de noua religione non creanda per alium, quam per ip-
ſum. cui concor. eod. tit. c. 1. in prin. libr. 6. Idem dico de caſu Decre. aduer-
ſus. uer. propter. de immunita. ec. ¶ Nunc addendi ſunt caſus iuris noui, &
primo lib. 6. & ante omnia de excommunicationib. iuris noui reſeruatis: ui
de quod dixi ſupra. uer. 30. Item reſeruatæ dicuntur perpetuæ gratiæ ſuper
abſentia. de reſcript. c. fi. Item quod quis ſit triplex in eccleſia, de conſue. c. j.
quod perſonæ prohibitæ præficiantur vrbi Romanæ de electio. fundamen-
ta. §. vt ergo. Item dare adminiſtratorem eccleſiæ cathedrali vacanti. eo. tit.
is cui. ſaluo quod habetur de ſup. neg. præ. eccle. Item diſpenſare cum ultra-
montano ordinato per epiſcopum Italiæ contra formam Decre. primæ. de
temp. ord. Item dare ſimul poteſtatem recipiendi renunciationem benefi-
cii, & illud conferendi, de off. deleg. c. penult. §. 1. Item conferre beneficia ua
cantia in curia. de præb. c. 2. Item quod monachus habeat adminiſtratione̅
alterius monaſterii, uel plures prioratus proprij, uel curatas eccleſias. eo. ti.
cum ſingula. Item dare coadiutorem epiſc. ꝙ dic de clerico ægr. ca. uno. Ite̅
dare licentia̅ faciendi recognitiones uel ſubmiſsiones de quibus de reb. ec.
no̅ alie. hoc ꝯſultiſsimo. Ite̅ quoad mendica̅tes approbatos poſt ꝯcilium duo
reſeruata ſunt papæ, de relig. domi. capitu. vno. §. 1. & ult. Item caſus Dec.
vnicæ. de ſchiſma. Item ut mendicantes poſsint acquirere noua loca, uel an-
tiqua mutare. de exceſ. præla. capitu. vno. Item ut agens pœnitentiam ultra
mare, per Decre. Felicis. de pœnis. poſsit inde redire, ut ibi uer. cum autem.
in clemen. quod immutetur vel diſpenſetur. Decretal. ubi periculum, de
elect. ne Romani. Item quod quis prouideat eccleſiæ cathedrali carenti cle
ro & populo Chriſtiano, eo. tit. in pleriſque. Item forma citationis, quæ ha-
betur de iudic. dudum. Item caſus qui habetur de relig. domi. quia contin-
git. & ibi not. gloſſ. per hanc. Item ſolus papa reuocat & temperat priuile-
gia per ſe data, de cen c. 1. alias concor. vide de re. iur. decet in gloſſ. fin. Ali-
quos etiam caſus collige per gloſſ. de reſcr. ſi propter. in gloſſ. an legatus. &
de elect. cupientes. in gloſſ. in hoc caſu. & gloſſ. ſeq. eodem titul. indennitati-
bus. in prin. & in cle. e. titu. cap. 1. & 2. cle. de prob. literis. in 4. glo. Alium ca
ſum collige ex quæſtione, quam poſui ſuper regula, indultum. de re. iur. li. 6.
d Secundo Gof. ¶ In ſumma huius tit. ver. ingreſſus. B. & Ho. e. tit. c. 1. in fin.
e Ex parte. ¶ De qua ſumpta fuit Dec. 2. e. tit. lib. 6. ut no. in 1. gl.
f Patriarcha. ¶ Hoc j̃. temperat.

pedit, vt ff.de reg. iur.non omne.11.q.1.aliud.alias aũt gñaliter
pænas imponere,diſpenſare,& alia facere pōt:niſi inueniatur ex-
preſsè,vel per probabilē ꝯſequentiam prohibitũ:ut extr.de tran
ſla c.fi. Audiui aliquos peritos dicentes, ꝙ ſicut epiſcopus omnia
poteſt,quæ ſibi non ſunt expreſſe prohibita,ita & legatus, neca-
liud pōt legatus quã epiſcopus.quorum dictum nō approbo,vt
55 prædixi.† ¶ Quod aũt dixi, legatũ poſſe ǵcquid patriarcha pōt:
fallit in quibuſdã caſib.Nã ille ꝯfert pallia,& facit ante ſe crucem
ferri,vt extr.de priui.antiqua.legatus nō.Item patriarcha Cōſtã-
tinop.deponit epiſ.ſuos,& etiam Alexandrinus: quod legatus fa
cere non pōt,vt ſ.ver.17.Itē ad illos duos pōt omiſſis mediis ap
pellari,vt 11.q.1.ſi clericus.22.diſt.reuocantes. 65.diſt.mos anti-
quus.quod in legato non obtinet, ſm quoſdam,ut ſ. §. ſupereſt.
ver.illud aũt.Itē licet alij prelati baculo paſtorali utantur,non ta
a men papa,vel eius legatus:[a] tum propter hiſtoriã,tum ꝓp myſti-
cam rationē, vt ext.de ſacra vnctio.c.vnico §.fi.Prohibetur aũt
legatus ſententiam delegati dñi papæ reuocare, uel relaxare, vel
impedire: quamuis ipſam poſſit confirmare, & comprobare,vt
§.ſupereſt.uer.itē is cui ſ.uer.26.¶ Legatus quoq; de latere non
pōt admittere poſtulationē alicuius in archiepiſcopũ,ut extr. de
56 vſu pal.niſi.† ¶ Sed nũquid poterit electũ in archiepiſcopũ cōfir-
b mare?[b] Videtur ꝙ ſic: cũ poſſit electionē de ipſo factã examina-
re,ut ſ. d §.ſupereſt.uer.ſed ǵd dices.Nã & patriarcha hoc ṗt, ut
extr.de priuil.antiq.arg.tñ ꝯ:ext.de elect.ſignificaſti. prope finē.
Quicquid tñ ſit de iure,bene facit,ſi abſtineat.arg.præ Dec.niſi. &
17.diſt.huic ſedi & arg.extr.de ele.bonæ.1. vbi talia ſpecialiter le
gato de latere committũtur.De epiſcopo aũt dubium non eſt,qn
illius electionem poſſit ꝯfirmare,& eũ conſecrare,uel facere cō-
ſecrari.arg.in his,quæ no.in præ.uer.ſed quid dices. quia quilibet
metropol.hoc pōt in prouincia ſua, ut extr.de elect. ſuffraganeis.
& c.qđ ſicut.§.præterea. Cōſulo tñ ꝙ abſtineat. Nã eccleſia Ro-
mana nō libenter alteri participat hunc honorē Et ſic ſeruari vi-
57 demus ꝑſertim in epīs exemptis.ſ.eo.ver.22.† ¶ Item legatus nō
pōt alienare ſine ſpeciali mãdato rē ad ſedē Apo.pertinentē.arg.
ff.de offi.proc.Cæſaris.l.1 nec donare.ff.de dona filius.§.item ui
c deamus.ext.de do.c.2 licet ſit arg.ꝯ,ff.de procu.l.ꝓcurator cui.[c]
¶ Itē ſi ſit in cauſa,quæ immediate pertineat ad ſedē Apoſt.for-
te melius faciet,ſi abſtineat,nec de ea ſine ſpeciali mandato diffi-
niat,uel cognoſcat.arg.ff.de off.procon.l.nec quicquam.reſp.1.
58 † ¶ Illud autem quæritur, vtrum prælatus vel exemptus, qui ex
iuramento tenetur ſingulis annis limina Apoſtolorum uiſitare,
vt extr.de iureiur.ergo viſitando legatum,ſecurus erit? Reſpon.
non. Limina enim Apoſtolorum ibi eſſe intelligitur, ubi eſt pa-
pa,vt 94.diſtinctio.legimus. prope fin. Apoſtoli enim illi ſunt Pe-
trus & Paulus.vt 12 q.2. de viro. quorum papa eſt ſucceſſor, ut
extra,de homicidio pro humani.reſpon.1.lib.6 & aliud eſt ſedes
Apoſt.& aliud eius legàtus,ut ſ.§.nunc tractemus.verſicul.1 ſed
nec legatus contra illius iuramentum ſibi poteſt ad hoc termi-
num prorogare,vt ſ.ver.24.

ADDITIONES.

a Legatus. ¶ Sup.non epiſcopus.
b Confirmare. ¶ Expeditum eſt quod poteſt,de electio.ſi abbatem.2.reſpon. lib.6.
c Procurator cui. ¶ Obſtat primo dicto de alie. nunc proxime de donatione. uide quod not.de off.uicarij.c.2.in 4.glo.lib.6.

## Legatus quando & vbi ualeat ſuam iuriſdictionem exercere.

SVMMARIVM.

1 *Legatus & cōfirmatus poteſt,etiam priuſquam diœceſim ingrediatur,cauſas committere,exceptis hic expreſſis.*
2 *Præmittere debet legatus prius quam decretã ſibi prouinciam ingrediatur,edictum de ſuo aduentu,exemplo Chriſti,qui præcurſorem habuit.*
3 *Legatus iuriſdictionem ſuam exercere non poteſt extra territoriũ prouinciæ ſibi decretæ,quantum ad cognitionem uel diffinitionem cauſæ.*
4 *Beneficia conferre poteſt legatus,etiam extra decretam ſibi prouinciam exiſtens.*
5 *Poteſtas legati circa abſolutionem excommunicatorum.*
6 *Intromittere ſe non poteſt legatus de ſententijs ordinariorum ſuæ ꝓuinciæ.*
7 *Dictum illud,ꝙ legatus de latere poſſit abſoluere excommunicatum cauſa uiolentæ manus iniectionis in clericum,intelligitur de leui iniuria.*
8 *Iniuria grauis,atrox & enormis,quæ dicatur.*
9 *Legatus de latere non ſolum poteſt excommunicatos abſoluere, imo etiã abſoluti ab alijs in caſib. à iure conceſſis remittuntur ad eum, & remiſſis mandata iniungit,etiam ſi non ſint de ſua legatione.*
*Legatus conſtitutus extra prouinciam ſibi decretam exiſtens,an poterit de conſenſu ordinari ad cuius diœceſim trãſit, abſoluere excommunicatos propter uiolentam manuum iniectionem.*
10 *Legatus an poſſit abſoluere capientem ſe.*
*Excommunicare an poſſit legatus extra prouinciam ſuam exiſtens.*
*Excommunicatio cauſæ cognitionem requirit,ſine qua ferenda non eſt.*
11 *Legatus conſtitutus an poſſit abſoluere ſubditos extra prouinciam delinquentes,qui reuerſi petunt ab eo abſolui.*
12 *Leſo non tantum uerbalis ſatisfactio, uerum etiam pecuniaria eſt facienda per lædentem.& no. caſum in quo impeditus lædens abſoluitur etiam á legato de latere.*
13 *Excommunicare non poteſt legatus extra prouinciam exiſtens, abſq; licentia diœceſani:& hoc dicit papa.*
*Denunciator & pronuntiator differunt.*
14 *Delegati,qui ante egreſſum legati cœperunt uti iuriſdictione,quomodo poſſint de cauſis cognoſcere & excommunicare.*
15 *Legatus an poterit poſt egreſſum de prouincia intra annum exequi ſententiam.*
16 *Iuriſdictio legati prorogata,an expiret ipſo reuocato,ubi etiam incœpit de cauſa cognoſcere.*

7.§.Nunc dicamus,quando & ubi ſuam iuriſdictionem
ſeu poteſtatē legatus valeat exercere Et qui-
dem poſtquam ingreſſus fuerit prouinciam ſibi decretam: prius
vero non,niſi infirmitate impediatur,& res urgeat,ꝙ aliquã cau
ſam cōmittat.Item etiam priuſquam ingrediatur,uoluntariã,ſed
non contentioſam iuriſdictionem exercet:ut ff.de off. proconſ.
l.j.& 2.reſpon.1.& l.obſeruare.§ poſt hoc.& l.ſeq.Hodie tamen
indiſtinctè licere videtur,ut cauſas cōmittere poſſit: vt in Aut.
col.9.de collatoribus.§.ad hoc prohibemus.uerſi. antequam ve-
1 rò.in penul.col.† ¶ Idemq; dici poteſt ſecundum dñm meum,[a]
a & Goff.[b] de electo confirmato, & præſertim conſecrato: vt ſ.
b prius ǭ diœceſim ingrediatur,poſſit committere cauſas: excipi-
tur tamen in prædictis legibus, vt nō poſſit demandari ultimum
ſupplicium, vel membri abſciſſio: ergo nec ſecundum canones,
clericorum depoſitio, vel perpetua amotio: Nam amotus dici-
tur abſcindi:vt extr.de exceſ.præl.grauem ext.de deci. quamuis.
in fi.& dixi.j.de iuriſ.om.iu.verſ.ſed canones.Patet ergo ex pre-
miſſis,ꝙ legatus extra prouinciam ſibi decretam exiſtens, poteſt
cauſas in ea delegare:vt ff.de of.præ.vr.l.fi.quia hoc non requirit
cauſæ cognitionem.ff.de off proconſu.aliqñ.& l.ſolēt.licet hoc
ex imperio procedat: vt ext de off. deleg. paſtoralis. Et hoc olim
tãtum,quãtum neceſſariam moram extra prouinciam faciebat:
vt ibi.Hodie vero poteſt,etiam ſi voluntariam: vt in præd. uerſi.
anteǭ vero. Quidam tñ dixerũt, ꝙ qñ poſt ingreſſum prouinciæ
ex aliqua cauſa exit,animo tamen redeundi, committere poteſt
iuriſdõnem contentioſam:ſed priuſquam ad prouinciam perue
nerit,non poteſt:vt in l.obſeruare.§ pe. quia etiam ipſe illam nō
habet, quo ad exercitium. Vnde quod non habet, committere
non poteſt:ut extr.de don inter uirum & vxo.cap.nuper.1 que.
7. Daibertum. Nec etiam poteſt cogere recipere renitentem: ut
extr.de offic.ordin.paſtoralis ſi tamen commiſerit, & ingreſſus
prouinciam ratum habuerit,quod fecit,valet tempore & ui rati
ficationis tantum:vt in præ.l.obſeruare.§.fi ſed hodie poteſt in-
diſtinctè committere etiam prius quàm prouinciam ingrediatr̃,
ut dixi.In ipſo quoque prouinciæ,& cuiuslibet ciuitatis introitu
debet legatus prouincialium mores ſeruare: ut in pręallegata l.
obſeruare.§.ingreſſus.& eod titul.l.ſi in aliam.& in Auth. col. 7.
2 de adminiſtratoribus §.illud autem.12.diſtinc.illa.† ¶ Recte au-
tem faciet legatus, ſi prius quam ſibi decretam ingrediatur pro-
uinciam, edictum de ſuo aduentu præmittat, ſignificans quando
ingreſſurus ſit: exemplo Chriſti, qui Ioannem ſuũ ꝑcurſorem ꝑ-
c miſit,[c] ut corda hominum ꝑpararet. Non tamen imprudēter ap-
petat populares curſus,& mundanos honores:ſed nec ultro obla
tos reſpuat iuxta decentiam ſui ſtatus: quia & Chriſtus ſuper aſi-
d nam taliter uoluit honorari:[d] & præmiſſa denunciatione per eã
partem prouinciæ ingrediatur, per quam alij legati conſuerunt
ad inſtar proconſulis.Hæc omnia probantur in præalleg.l.obſer-
uare.§. antequam. & §.ſeq.& §.recte. & in prę.§. illud autem. &
iuriſdictionē ſuam impedientes pōt excōmunicare:ut ſ.§.1.uer.
ſed nunquid.Legatus autē egreſſus prouinciam, & reuocatus,li-
cet ſit priuatus quoad exercitiũ imperii, quouſq; tamen portas
urbis ingrediatr̃,imperium non deponit.qđ dic ut j.§.finitur.uer.
3 item quam citò.† ¶ Et breuiter no.quod legatus iuriſdictionem
ſuam

ADDITIONES.

a Secundum dominũ meum. ¶ In ſumma huius tit.§.quando.& Gof.in uer. item legatus.& ita ſeruatur:dummodo ſi promoti ſunt ꝑ Apo. ſedem ſatiſfiat extraua. Bonifacii, quę incipit, iniunctæ. ſcilicet ꝙ literæ promotionis exhibeantur: alias eſſet pœna adminiſtranti, & illum recipientibus ad adminiſtrationem.ut ibi.
b Et Goffr. ¶ In ſumma huius tit.poſt prin.
c Præmiſit. ¶ Matth.3.Ioan.1.
d Honorari. ¶ Matth.21.Ioan.12.

ſuam exe rcere poteſt intra territorium prouinciæ ſibi decretæ :
non extra quantum ad cognitionem vel diffinitionem cauſę : vt
extra.de offic.vicarij.capitul penult.& ff.de iuſti & iur.l penulti.
ff.de iuriſdict omn iudi.l.fina.extr.de offic lega nouit.Nam & ſi
vltra centeſimū lapidem egreſſus eſt , notio præfecti vrbis non
eſt:ut ff.de off.pre.vrb.l.1.§.initio.Poteſt tamen cauſas extra ſuā
a prouinciam exiſtens delegare, vt ſupra.Item poteſt iudicare [a] in
aliena prouincia de conſenſu eius , cuius eſt ipſa prouincia , ar-
gument. extra. de fideiuſſo. conſtitutus. in fin. & de auctoritate
& vſu pal. ex tu arum. in fin. extra . de inſtitutio. ex frequentibus
querelis.per totum.3.quæſtio. 6. peregrina. & capitul. ſequent.
4 & iunge. infra. verſicul. ſed nunquid legatus. † ¶ Poteſt etiā ex-
tra ſibi decretam prouinciam exiſtens beneficia conferre : vt ex-
b tra de conceſſ.præben.poſt elect.in parte deciſa.ſecundum Io. [b]
& extr.de app.qua fronte.Item ea quæ ſunt voluntariæ,non con
tentioſæ iuriſdi.exercere poteſt extra prouinciam ff.de offi. pro-
conſul l.2.& l.obſeruare. vnde legatus de latere pōt de cōſuetu-
dine excommunicatos propter manuum violentam iniectionē
in clericos extra prouinciam exiſtens abſoluere: vt extr.de ſent.
excomm.ad eminentiam.ext.de offic.leg.c.quod tranſlationem.
5 alias autem non:vt cod.titu.excommunicatis. † ¶ Circa poteſta-
tem autem abſoluendi ab excommunicatione plenius eſt notan-
dum. Nam legatus de latere cardinalis in prouincia ſibi decreta
exiſtens,poteſt ex officio legationis abſoluere delinquentes ibi-
dem,ſiue ſint eius ſubditi,ſiue non:ſed aliunde ueniant,& ibi oc-
curant,vel ad eum accedant:ſed & extra prouinciam exiſtens, ſi-
ue ante ingreſſum:ſiue poſt egreſſum , prius tamen quam Romā
ingrediatur:abſoluere poteſt,vndecunque veniant occurrentes.
Legatus autem conſtitutus intra prouinciam ſibi decretam exi-
ſtens , poteſt ſubditos ſuos abſoluere ratione domicilij & pecca-
ti,vel ratione peccati tantum:non dico ratione domicilij tantū ,
ut j. verſicul. illud etiam. Extra prouinciam exiſtens non poteſt
abſoluere hos uel illos:quia priuatus factus eſt.ff. de off. præſi l. 3.
Cæterum legatus natus,nec extra prouinciam ſuam,nec intra il-
lam poteſt aliquos abſoluere regulariter : niſi in illis caſibus , qui
omnibus aliis epiſcopis ſunt cōceſſi. Et hæc vera ſunt,niſi primo,
ſecundo, vel tertio , amplius per ſpeciale priuilegium ſit conceſ
ſum.extra,de priui. porro.Hoc totum elicitur & probatur extra,
eod.titul.excommunicatis. Et ſecundum hanc diſtinctionem in-
telligenda ſunt iura illa,eod. titu.capitul. 2. & capitul.quod tran-
ſlationem & capitu.uolentes.& ext de ſenten. excommu.capitu.
1.in fin.& capitul.ſi uero aliquis.in fin.& capitu.ſequen. & capit.
ea noſcitur.in fin.& capitu.de his.in fin.& cap.ad eminentiam &
c.quamuis.Patet ergo ꝙ poſtquam legatus de latere egreſſus eſt
vrbem,ſemper donec reuerſus eſt ad illam, poteſt excōicatos ab-
ſoluere:licet non habeat iuriſdictionem,niſi in prouincia ſibi de-
creta.Nam & proconſul ſtatim atque egreſſus eſt vrbem , ſemp
donec reuerſus eſt ad illam , ubiq; inſignia proconſularia portat,
licet iuriſdictionem non exerceat , niſi in prouincia ſibi decreta :
ut ff.de off.procon.l.1. ¶ Quando autem dicitur legatum abſolue
re poſſe,intellige de excommunicatione,quam quis incurrit ꝑ p
uiolentam manuum iniectionem in clericum,ſeu in perſonam re
6 ligioſam:vt in præd.concor.& 17 q.4.ſi quis ſuadente. † Nam de
ſententijs ordinariorum ſuæ prouinciæ ſe non poteſt intromitte
te,nec illas reuocare ſine cauſæ cognitione,& ſecundum tramites
iuris.ext.de ſen.excō.per tuas.de off.or.ad reprimendam de off.
dele.cum contingat , ſed nec extra fines ſuæ legationis.ut j. dicā
ꝙ intellige de ſententijs ꝯ certam perſonam prolatis: ſecus autē
eſt de ſententijs in forma conſtitutionis in genere ꝓmulgatis:pu-
ta. Statuimus ꝙ quicunq; falſauerit chartam.uel iuſerit ad taxil-
los uel furtum fecerit, & huiuſmodi, ſit excommunicatus. Cum
enim talis ſententia potius iuris,quam hominis cenſenda ſit:arg.
24.q.1.c.2.ext.de ſen excom.à nobis.1.& de app. reprehenſibilis.
reſpon.1.legati à talib.ſententijs paſſim abſoluunt. Nam etiam à
ſententiis de iure ſcriptis abſoluunt:ex quo eis ſpecialiter nō in-
c hibetur,ext.de ſententia exc.nuper. [c] De ſententiis uero ordina-
riorum non ſuæ prouinciæ ſe nullatenus intromittat:ſiue cū cau-
ſę cognitione:ſiue intra ſuam prouinciam : ut in conco.quæ ſunt
7 j.uer.ſed nunquid poteſt. † ¶ Quod etiam dixi legatum de latere,
uel alium ab excommunicatione, quam quis propter uiolentam
manuum iniectionem in eccleſiaſticam perſonam incurrit,abſol
uere poſſe,intelligendū eſt in leui iniuria: & ſic intelligenda ſunt
iura prædicta:quo caſu epiſcopo interdicta eſt abſoluendi pote-
ſtas:licet ubi eſt leuiſſima,epiſcopus abſoluere poteſt:ut extr.de
ſent.excom peruenit.& eo.titu in Decre.Innoc.IIII.extrauagan-
d ti , perlectis. [d] Si autem iniuria atrox , grauis & enormis ſit, dicit
dominus meus , quod nullus legatus tunc abſoluere poſſit citra
ſedem Apoſtolicam , uel alium ab ea ſpeciale ſuper hoc manda-
tum habentē,nec hoc tranſit in generali legatione:ut in concor.
poſitis.ſupra.§.nunc oſtendendum.uerſicu.legatus igitur.ibi:ſed
& ſi aliqua.Imo quando quis ſuper hoc priuilegiatur in generē ,
vel in ſpecie,ſemper talis iniuria excipi conſueuit:ut patet ext.de
ſenten.excom.ſi uero alicuius.reſpon.1.in fin.& c.peruenit. & c
cum illorum.§.1.& 2 & c.relatum prope fi. & c. canonica. ergo
ſecundum eum nec legato Apoſtolicæ ſedis hoc licet in hoc ca-
ſu ex generali legatione,niſi ſuper hoc poteſtatem receperit ſpe-
cialem.Nam & poteſtas abſoluendi potius ei competit ex cōſue
tudine , quam de iure:ut in præ. c quod tranſlationem.& in hoc
concordat Ioā de Deo, dicens legatum abſoluere non poſſe mu
tilatores,uel occiſores clericorum:ut in prædicto ca.cum illorū.
& 23.quæſt.ul.ſi quis membrorum.& arg.17.q.4. ſi quis ſuaden-
te.ſecundum ſanum intellectum illius argu.tamen contra ext.qui
cleri.uel uouen.cap.1 ubi epiſcopus abſoluit eum,qui diaconum
uulnerauit. Sed dic , quòd ibi illud fecerit auctoritate Apoſtoli-
8 ca,& non ſua. † ¶ Quæ autem dicatur atrox, & enormis & grauis
iniuria.colligitur in præ.Decre.perlectis & c.cum illorum. inſti-
tu de iniur.§.atrox.de pœ.diſtinct.1.aut facta.Hoc tamen præter
homicidium , & membri mutilationem committo diſcreti iudi-
cis arbitrio.ext.de offi.deleg.de cauſis. & not ſecundum papam
in præ.c cum illorum.In hoc autem inſpiciēdæ ſunt conditiones
perſonarum iniuriantis,& iniuriam paſſæ,& modus,& cauſa illa-
tæ iniuriæ,& populi ſcandalum:ut 29.diſtin.ſciendum.ext. de trā
ſa.c.ſi in ſi. Dicūt aūt quidam, ꝙ ſanguinis effuſio ,etiam ſi os ca
pitis,uł brachij fractū fuerit,nō pōt dici quoad hoc enormis in-
iuria,quod inde non ſequitur mors,uel membri mutilatio,quod
ſatis puto quoad legati poteſtatem.arg.ff. de ędil.edict.l. ſi is cui
e dens.alij contra. [e] Non ſolum autem poteſt legatus de latere ex-
communicatos abſoluere:imo etiam abſoluti ab alijs in caſibus à
iure conceſſis remittuntur ad eum,ſicut & ad Apoſtolicam ſedē:
9 vt in præ.Dec.ea noſcitur. † ¶ Sed an tunc poterit mandata iniun-
gere illis,qui non ſunt de ſua legatione,qui ſic abſoluti remittū-
tur ad eum. uidetur ꝙ ſic , quia cum poſſit eos abſoluere , & per
ꝯſequens eis mandare:ergo multo fortius abſolutis poterit man-
datum facere.argumen. 50.diſtinctio.accedens.ibi , & in hoc tuæ
fraternitatis,&c.C.de epiſcop.& cleri. Authen. interdicimus. &
hoc quidam tenent. Alij dicunt,quod ex quo abſoluti ſunt,cum
amplius non ſint in periculo,non remittuntur niſi ad papam,uel
ad proprium legatū , ſi in illa prouincia aliquis ſit legatus. Quod
enim legatus poſſit extra prouinciam ſibi decretam abſoluere ,
hoc inductum eſt propter periculum moræ : & mandara dare eſt
acceſſorium abſolutioni . Quamuis ergo ea dare poſſit acceſſo-
rie , non tamen principaliter poterit . Prius tamen dictum beni-
f gnius eſt: & ſatis per præd.Decret.ea noſcitur comprobatur. [f] Et
ſunt hęc in argument. ꝙ legatus non poteſt diſpenſare cum illis ,
quos abſoluit ſuper irregularitate , quam adminiſtrando in ſuis
officiis contraxerunt.quod dic vt j.§.conſequenter.ver. quid ſi.
¶ Sed nunquid legatus cōſtitutus extra prouinciā ſibi decretam
exiſtens,poterit de conſenſu ordinarij,ad cuius diœceſim tranſit
ibi abſoluere excommunicatos propter uiolentam manuum in
iectionem ? Videtur quod non. cū enim ipſe ordinarius hoc non
poſſit:vt ext.de ſenten.excommunic.peruenit. non peterit alteri
dare licentiam hoc faciendi:ut 1.q.2,Daibertum.extra, de don.
inter ui.& vxo.nuper. Quidam tñ dicunt , ꝙ poteſt:nam de con-
ſenſu illius poteſt ibi pro tribunali ſedere, & cōtentioſam iuriſdi
ctionē exercere.arg.extr.de app.Rom. & de foro cōp.Romana.
lib.6.& ſ.uer.& breuiter.Qđ ſatis admitti poteſt in ſubditis ſuis.
Si enim poteſt ordinarius ei concedere , quod ibi ſubditos ſuos
iudicet,& illum ſuum vicarium facere:multo fortius concedere
poteſt de ſubditis ipſius legati.Melius tamē facit legatus, ſi extra
ſuā prouinciam hoc non faciat: vt 3.q.6.peregrina. & ſi ſuis ter-
10 minis ſit contentus.extr.de ſepul.c.1.24 q.3.transferunt. † ¶ Sed
quæritur, vtrum legatus poſſit abſoluere capientem ſe? Ioan.no.
94.diſt.

ADDITIONES.

a Iudicare. ¶ Inter ſubditos conſentientes:quia extra territorium,&c.de cō
ſti.c.2.lib.6.& ſic eſt in epiſcopis, ſaluo ꝙ hr in cle.de foro compe.quamuis
& uide quod ibi not.in §.eiſdē.in j.gl. Adde,an legatus in tranſitu poſſit da-
re mādatum Apoſtolicum abſoluto ab epiſcopo in caſu neceſsitatis,quem-
admodum & abſoluere. Vide do.Abb.Sicu.in c.ea noſcitur.extr.de ſentēt.
excom.
b Secundum Io. ¶ Cuius dictum ponit G.eo.tit.nouit.ante fin.
c Nuper. ¶ Ad prædicta facit,quod ſcripſi de inſtit.ex frequentib.in ſi. & de
peæb.graue.in ſi.
d Perlectis. ¶ Quam hodie non habemus: & omnino uide qđ ſcripſi in præ.
Decr.peruenit.ſuper gl.Adde tu, ꝙ Ab.Sicu.tenet , ꝙ legatus poſſit abſol-
uere in huiuſmodi caſu,in quacunq; læſione ēt enormi.in c.ad eminentiam
& in c.quod de his.extr.de ſen.excom.
e Alij contra. ¶ Vide quæ ſcripſi de ſen.excom.ad eminentiam.
f Comprcbatur. ¶ Vt ibi ſcripſi in ulti.glo.licet hæc opinio ſit benignior: tñ
ꝯria uerior. Nec ob.dec eos.de ſen.exc.lib.6.cum tex.ibi non dicat,abſolu-
tum adire debere eum qui abſoluere poterat:ſed eum qui abſoluere debeat
ut ibi dixi.

94.d.ſin.capitul.2.quod fic:vt extra, de ſenten.excommunicat.
ad eminentiam.argument.tamen contra:quia non debet eſſe iu-
a dex in propria iniuria.23.q.1.c.1 & 3.q.5.quia ſuſpecti. reſpõ.j a
¶Sed nunquid poteſt legatus extra prouinciam exiſtens excom-
municare? Dic ꝗ non: vt extr.de offic.legat.nouit quia excom-
municatio cauſe cognitionem requirit, ſine qua ferenda non eſt.
vt 2.q.1.nemo.& 11.quæſt. 3. nemo epiſcoporum. Vnde ferēda
eſt à iudice pro tribunali ſedente: vt 2.q.3.capitul. ſi quem pœ-
nituerit.§.ſi quis.3 quæſtio.3 capitu.induciæ.§.ſpacium. uerſicu.
à iudice. Sedere autem pro tribunali non poteſt in alterius pro-
uincia, nec ibi aliquid diſponere:vt in prædic. capitul.peregrina.
11.quæſtio.j.ſi quiſquam.& capitu.peruenit.ext.de paroch. nul-
lus.9.quæſt 2 epiſcopum.21.diſtinct. denique. ff. de bon.autho-
rit iudi poſ cum vnus.§.pen.Alij dicunt contra:vt 11.quæſtio.3.
b ſi epiſcopus forte.[b]ſicut Apoſtolus excommunicauit Corinthiũ
abſentem extr.de appellat.cum ſit Romana.in fin.11.quæſtio.3.
audi.9 q.3.capitul.fina.& hoc poteſt uerum eſſe ſecundum do-
c minum meum,[c]in notoriis.in quibus.cauſæ cognitio non requi-
ritur.vt in proxi.conc.& extr.de iureiurand.ad noſtram.3.de fil.
11 presbyter.quoniam.†¶Illud etiam quæritur, vtrum legatus con
ſtitutus poſſit abſoluere ſubditos ſuos, qui extra prouinciam ſuã
deliquerunt: nunc vero ad illam reuerſi.ab eo petunt abſolui. Et
videtur quod non, cum nequeat abſoluere ſuos ſubditos extra
prouinciam ſuam exiſtentes, nec infra illam aliunde venientes:ut
in pręc.Decre.excommunicatis.argumen.contra:quia eius ſubdi-
ti ſunt, & in ſua prouincia abſolui petunt: vt in eadem De-
d cre.Super hoc dixit dominus meus,[d] quod non poteſt; nam ta-
lis poteſt iudicari aliunde veniens, cum ratione delicti factus
ſit de foro eius, in cuius iuriſdictione deliquit: ut extr. de foro
compe.cum contingat.& capit fin C.vbi de cri.agi oportet. Au-
then.qua in prouincia.C.vbi ſena. vel cla.l.j.3.quæſt.6.ca.1. & ab
illo poteſt excommunicari: vt ext.de rap.capit.primo.Hæc ſolu-
tio probatur extra de ſentent. excommunicat. officij. Quod eui-
dentius apparet, ſi ponas duos legatos eiuſdem generis, & ſub.di-
tus vnius in alterius prouincia delinquat. Nam indubitanter is in
cuius prouincia delinquit, abſoluere poterit. Et hac etiam ratio-
ne dici poteſt, quod aliunde veniens, & in ſua prouincia delin-
quens, poterit per eum abſolui: ut ff. de offic.præſid.l.3.verſicul.
habet. Alii uero dicunt, quod poteſt abſoluere ſuos prouincia-
les extra ſuam prouinciam delinquentes.argument. decimaſex-
ta quæſt.prima.cap.placuit. j. Vnde ſecundum eos unus legatus
abſoluere poterit ratione domicilij, alius vero ratione delicti, ſe-
cundum ea quæ not.in præ cap.placuit.ſed ſecundum dominum
e meum [e] non eſt hæc mens Apoſtolica extra, eod.volentes. quia
ſic fines prouinciarum confunderentur:quod eſſe non debet: vt
dixi.11.quæſt.j.peruenit.& extra, de paroch.ſuper eo argumen.
tamen contra, quod in præmiſſo caſu unus non poſſit ſine reli-
f quo abſoluere.extra, de ſentent. excommunica. cum illorum. [f]
12 †¶ Quid ſi læſus legato de latere cardinali extra fines legationis
occurrit, dicens. Domine non debetis hunc abſoluere, niſi ſatiſ-
factione pręmiſſa: offero libellum: peto tantum pro iniuria mi-
hi irrogata. Nam non ſolum verbalis, verumetiam pecuniaria
eſt ſatisfactio facienda: ut probatur extra, de ſentent.excommu-
nic parochianos & c ea noſcitur.17.quæſt.4.ſi quis deinceps.nec
teneor, nec uolo ſibi remittere ſatisfactionem: vt legitur & not.
90.diſtinctio.ſi quis contriſtatus Quid faciet legatus? Non enim
poteſt extra prouinciam ſibi decretam cauſam hanc diffinire, ne
que ius dicere ff.de iuriſdictione omnium iudi.l.fina. Super hoc
g dicit dominus meus,[g]quod debet ſcribere ordinario, ut iure ſuo
hoc audiat, & diffiniat uice legati, excommunicatũ abſoluat,
vel ſi periculum ſit in mora, ſtatim illum abſoluat:ut ext.de ſen-
ten.excomm.ſacro. Et mandabit illi, ut ad arbitrium ordinarij ſa
tisfaciat: alioquin in eandem excommunicationem illum redu-
cat: ſic enim curia ſeruat. Quid ſi legatus exiſtẽs in prouincia ſua
aliquem excommunicauit:nunquid poſtquam eſt illam egreſſus
poterit illum abſoluere? Dic quod non. Nam exeundo prouin-
ciam priuatus eſt dignitate, ff.de offic præſid.l.3.& ſtatim expirat
eius iuriſdictio.ext.de offic.legat.nouit.& capitu.final.abſolutio
enim cauſæ cognitionem requirit, ut dixi.quod verum eſt, quan
do exit prouinciam reuocatus, & animo non redeundi: alias ſe
cus. Non enim videtur diuertiſſe, qui incontineuti reuertitur: ut
13 j.§ proximo, verſi.2.Papa dixit, quod†ſi legatus exit, etiam non
animo deſerendi legationem, non tamen poterit extra prouin-
ciam exiſtens excommunicare ſine licentia epiſcopi diœceſani:
ſed cum illa ſic: vt s.uerſicul.ſed nunquid poteſt.& uerſicul. ſed
nunquid legatus. Poteſt tamen abſoluere, ubi ſuum errorem re-
cognoſcit ſine cauſæ cognitione, propter periculum excommu-
nicationis.argumen.extr.de ſentent.excommunic ſacro.§.ſi ue-
ro iudex. Si autem aliquem denunciaſſet excommunicatum pro
pter uiolentam manuum iniectionem, poteſt bene egreſſus pro-
uinciam illum denunciare. Nam denunciatio non ligat, extra, de
appella.paſtoralis.& de ſenten excommunic. cum non ab homi-
ne.& capit.ſequen.denunciator enim non eſt pronunciator, ſed
eſt latæ ſententiæ declarator.extr.de elect venerabilem §. obie-
h ctioni, de appel nouit.[h]ff.de teſt heredes in fin.extr.de teſti.co-
14 gen preterea.§.fin.†¶Delegati autem ab eo poſt eius ingreſſum
poſſunt excommunicare, & abſoluere, & de cauſis cognoſcere,
ſi cœperunt ante egreſſum illius uti iuriſdictione.extr.de offi.or-
din.capitu.fina.ab eis appellabitur ad papam, uel ad ſucceſſorem
illius legati. Cauſam vero à ſe inchoatam non finiet legatus poſt
egreſſum, ſed ſucceſſor ipſius, uel papa, qui intelligitur eius ſuc-
ceſſor, ex quo alium non dat.ff.de iudiciis.mortuo.ext.de eo. qui
15 mit.in poſ. cum ueniſſent.extra, de offic.ordin.paſtoralis.†¶Sed
an poterit legatus poſt egreſſum de prouincia intra annum exe-
qui ſuam ſententiam? reſpon.non, ſecundum pręmiſſa: nec eſt
contra, extra, de offic.delega. quærenti. quæ loquitur in delega-
to. legatus autem ordinarius eſt: vt ſupra, § ſupereſt verſicul.
quid de ſententia. Alij autem dicunt idem iuris eſſe in delegato,
& in legato. argument. in præ.Decret.paſtoralis § 1.quod uide-
licet vterque poſt ſententiam retineat iuriſdictionem intra an-
i num.quod non puto:[i] quia legatus exeundo prouinciam ſibi de
putatam animo non redeundi, nullam retinet iuriſdictionem,
imo fit priuatus, ut dixi. Dominus meus dicit, quod ordinarius
poteſt exequi ſententiam legati, de qua nullum eſt dubium:& co
ram eo proponi poterit actio iudicati.argument.ext.de offic le-
ga.capitul.1.& de offic.ordina capitul.ſignificauit.de foro com-
16 peten.poſtulaſti.ff.de re iudica a diuo. †¶Sed pone, quod non
ſubditi, uidelicet de aliena prouincia ſuper quæſtione, quę inter
eos uertitur, iuriſdictionem legati in ſe prorogant, & legatus in-
cipit de illa cognoſcere:nũquid eo reuocato talis iuriſdictio pro
rogata expirat? Idem etiam quæri poteſt de epiſcopo, cuius iu-
riſdictio prorogata eſt:ſi ipſe poſtmodum ad aliam eccleſiam trã
sferatur. Et uidetur ꝗ duret iuriſdictio prorogata ex quo incœ-
pit ea uti priuſquam ordinaria finiretur. argument. extr. de of-
fic delega.gratum.& capitu.licet. potius enim videtur fuiſſe ele-
cta perſona, quæ ſupereſt, quam iuriſdictio, quæ defecit. argu-
ment. extr. de offic.lega.capitulo primo & de offic. deleg. capit.
fina § his autem.ad fin extr.de arbit.ex parte.§.fina. & capitul. à
nobis.extra, de teſt.requiſiſti.ff de leg.3 ſi quis concubinam.§.pe
nulti.argument.contra: quia iuriſdictio ordinaria erat principa-
lis: prorogata vero acceſſoria Perempta igitur ordinaria uide-
tur perimi ſubrobata.ff.de regul.iur.cum principalis ext. de ele-
ctio.qualiter.ad fin & de fide inſtrument.inter dilectos. §. cæte-
rum.in fi. Ad hoc facit j.q j.cum Paulus.63.diſtin.quorum vices,
in fi.25.q.2.c.fi.ext.de app.cum ceſſante cũ concor.ff.de public.l.
ſi ego.§ idem ait: ſi ædibus emptis.de uſufr.l.ſi à Titio, ad fi. Pro
& contra etiã facit ff eo l.item ſi fundi § huic uicinus.ff. de uerb.
obl.l inter ſtipulantem §.ſacram.¶Super hoc no.dñs meus extr.
k de offi.lega.nouit.[k]quod iuriſdictio dignitatis prorogata, ſuppreſ
ſo proprio nomine legati uel epiſcopi, omnino expirat quãtum
ad perſonam iudicis prorogati:ille enim ad ſucceſſorem trãſmi-
ſit: vt extr.de offi.ordi.paſtoralis.§.i.prope fin. Si autem fuit pro
prium nomen eius expreſſum:tunc videtur ꝗ cum iuriſdictio ſe-
quitur prorogata.arg.ff.quib.mo.uſuſf.amit.l.quid tamẽ.j, reſp,
niſi propter crimen uel aliam cauſam famoſam remotus ſit, quæ
ipſum ad iudicandum inhabilem reddit:ut 3.qu.7.iudicet. extra,
de reſcrip.ſciſcitatus. Sed contra hoc ultimum membrum facit,
quia prorogari non potuit iuriſdictio proprio nomine expreſſo
tacita dignitate: quia non tanquam Petrus uel Martinus iuriſdi-
ctionem habet, ſed ſolum ratione dignitatis, & priuatorum cõ-
ſenſus eum iudicem non facit, qui nulli præeſt iuriſdictioni:ut ff.
de iud.

## ADDITIONES.

a Reſpon.j. ¶ De legato cardinali, tene quod dicit dec.Felicis.de pœnis. lib.
& de non cardinali tamen epiſcopo, tene quod habes in cle.de pœnis. ſi qs
ſuadente.in neutro iſtorum obſtat contrarium:quia cum nullus abſoluatur
niſi hoc petat.11.q.3.plerunq;.& c.cum aliquis.de eo qui dux.in ma.ſignifi-
caſti.petens per eum abſolui, conſentit eum eſſe iudicem. & ſic ceſſat ſuſpi-
cio.de re iu.inter.cum conc.

b Forte. ¶ Ad hoc capitulum & rationem ſequentem, reſpõde ut ſcripſi in de
cre.præ.nouit.ſuper gl.j.

c Secundum Dominum meum. ¶ Eo.tit.nouit.ut ibi ſcripſi. ſuper j. gl.

d Dixit dominus meus. ¶ In Summa eodem, tit.§.pen.

e Secundum dominum meum. ¶ In Summa eo.tit.§ pen.

f Illorum. ¶ §.ſi uero.ſed de religioſis loquitur, qui fortius adſtringuntur ab
bati, quam prouincialis legato. Item tene quod ibi dixi poſt Hoſt.ſuper ſe-
cunda gl.

g Dicit dominus meus. ¶ Qui hoc no.eo.ti.officij.lib. 6. & uide quod ibi ſcri
pſi ſuper gl. tria genera.

h Nouit. ¶ Item ſcripſi hoc eodem tit.nouit.ſuper fin.primæ glo. ſecundum
Goff.Iac.& Hoſt.

i Non puto. ¶ Idem Inn.ut ſcripſi eo.tit.nouit.ſuper prima gl. ubi etiam in
uenies id.quod ſequitur.

k Nouit. Vbi uide in gl.quid ſit.

de iudic.l.1.& 2 in princip.extra,de foro competen. ſignificaſti.
C.de iu.om.iud.priuatorum.De hoc j.de compe.iud.additio.§.j.
verſicul.quid ſi duo. Vltimo nota, ꝙ legatus in pluribus prouin-
cijs poteſt cauſas vnius prouinciç in alia tractare: ut extra,de of-
fic.leg nouit.

### Poteſtas legati, ſeu eius iuriſdictio. qualiter finiatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatus à principe, ſi exierit, non debet abſque ſpeciali mandato redire.*
2 *Legatus generalis miſſus ad aliquam prouinciam, ſi papa moritur eo exer cente iuriſdictionem, an ulterius poterit de cauſis cognoſcere.*
3 *Conceſſio papæ depuniẽdo abuſores literarum Apoſtolicarum, an expiret moriente papa.*
4 *Legatus non eſt admittendus abſque literis legationis, nec cum alio ſigno miſſus, tanquam legatus eſt habendus.*
5 *Vacante ſede Apoſtolica, an cœtus cardinalium reuocare poſſit legatos a papa.*
*Minor aliquando reuocat factum maioris.*
6 *Legatus de latera ſi facit conſtitutionem de non recipiendo beneficium ec cleſiaſticum, niſi cum reſidentia ſub pena excommunicationis, an cõtra faciens teneatur: uide caſum Metropolitani.*
7 *Princeps mittens poſteriorem legatum ad aliquam prouinciam, non uide tur prohibere priorem.*
8 *Legato præterito debetur reuerentia in memoriam priſtinæ dignitatis.*

8. §. Finitur autẽ legati iuriſdictio quatuor modis prin
cipaliter. ¶Primo tempore, quando vide-
licet ad tempus datus eſt.argument.ff.de arbitr.l.ſi cum dies. §. ſi
intra diem.& extta,de offi.deleg.c.de cauſis. ¶Secundo reuoca-
tione,ex quo uidelicet reuocatus, vel alio modo prouinciã egre-
ditur non reuerſus.ff.de offi.præſi.l.3.§.1.reſpon.1.extra,de offi.
leg.nouit.& c.fi.ff.de iudicijs.l. iudicium ſoluitur. & tunc finitur
legatio quoad ſe, ſed non iuriſdictio in cauſis cœptis per alios,
quibus eas delegauit: & intellige cauſas cœptas eſſe per ſolum ci
tationis edictum: vt extra,de offic. leg.gratum.C.de liti. Authen.
a litigioſa [a]Cauſas autem inchoatas per ſe, uel per auditores curiæ
ſuæ perficere nequit, poſtquam reuocatus uel egreſſus eſt: cum
deſinat eſſe legatus, & factus ſit priuatus.argumen.ff. de ſuſpe.tu
l.ſ hæc enim. argu. tamen quod etiam egreſſus retinet iuriſdictio-
nem, licet eam exercere non poſſit. s̃.§.ſupereſt.verſicu.ſed pone
quod iura.& ſeq.ſed ſi egreditur: vt ſtatim reuertatur, iuriſdictio
intermittitur, non finitur. Et ſecundum hoc intellige. ff. de of-
fi.præfect.vrb.l.fi.& extra,de offi.leg.c.fin.& capit.excommuni-
catis.Nec enim uidetur egreſſus, qui ſtatim reuerſurus eſt ff.de di
uor.l.diuortium.quæ eſt de pœn.diſtinct.1.& ff.de in rem verſo.
l.ſi pro patre.§.ſi domini.& extra, de uerbo.ſignifica.nam & ego
s̃.§.ſupereſt.verſicu. ſed quid ſi ſecundus. Superflua ergo videtur
indulgentia, quam quidam legati obtinent: vt ſi contigerit eos
propter aliquam cauſam exire prouinciam ſuam, reuerſi ad illam
poſſint hoc non obſtante legationis officium exercere argumẽt.
tamen quod ſit neceſſaria, in qua etiã nota.ſupra, § ſupereſt.uer-
1 ſi.item præſes. †Sed ſi uocatus à principe exierit, non debet abſq;
ſpeciali mãdato redire. Quid ergo ſi legatus reuocatus forte, vel
ob aliam cauſam, prouinciam egreditur animo non redeũdi: ſed
audita morte papç potius uult in loco paſcuæ manere, quam ad
ſedem Apoſtolicam redire: nunquid poterit ad prouinciam redi
re, & ibi legationis officium reaſſumere? Reſponſio patet ex prç-
miſſis, quod non: nam egrediendo illam animo non redeundi,
priuatus eſt dignitate & exercitio iuriſdictionis. ff. de offic. præ-
ſid. l. tertia. ſupra. §. nunc dicamus. verſicul. quid ſi legatus. uel
dic ut ſupra. §. ſupereſt. ad fin. verſicul. ſed pone quod iura.
& ſequen. ¶Tertio, ex quo aliquod negotium retulit ad Apo-
ſtolicam ſedem, quoad illud negotium eius iuriſdictio eſt finita:
vt s̃.§ nunc oſtendendum ver.33.vbi etiam alij modi ponuntur.
¶Quarto morte ipſius legati, uel illius, qui eum miſit: & hoc quã
do perſonalis eſt legatio, ſecundum dominum meum, extra, de
præſumpt.mandata.non tamen, quoad cauſas cœptas: ut in præ.
Decre.gratum.& eod.titu.relatum. quia quoad illas remanet le-
gatio, non obſtante morte mittentis: ſi autem ratione dignitatis
competit legatio, tunc morte alterius non expirat, ut extra, de
1 offic.lega.capitulo, primo. †Pone ergo, quod legatus generalis
miſſus eſt ad aliquam prouinciam, eo ibi exercente iuriſdictio-
nem, papa moritur: quæritur vtrum ulterius poterit de cauſis co
gnoſcere, per appell.uel per ſimplicem querelam? Et uidetur ex
b præmiſſis, quod non. Super hoc not. Ioan. de Deo in quæſt. ſuis. [b]
quod poterit, ex quo in uniuerſum incœpit uti ſua iuriſdictio-
ne: ſicut alias dicitur in iudice dele. in cuius commiſſione conti-
netur clauſula illa, quidam alii, & rebus aliis. quia ſi quoad ex-
preſſa viuente mandatore perpetuatur iuriſdictio: & quoad cõ
tenta ſub prædictis clauſulis intelligitur eſſe perpetuata: ut legi-
tur & no. extra, de reſcrip. paſtoralis. Goff autem nota. in ſumma
ſua, eod. titu. id quod do. meus ſupra verſicul. proxi. dixit, quod
videlicet morte mãdatoris expirat legationis officium, niſi quo
ad cauſas cœptas. Papa uero not. extra, de offic. lega. licet. quod
iuriſdictio legatorum Apoſtolicæ ſedis, & etiam aliorum durat
etiam poſt mortem eius, qui eum miſit: & hoc puto ſimplicier
verum eſſe: & ſic ſeruari videmus, argument. extra, de in integr.
reſtitutio. capitul. cum ex literis. prope princip. ibi: officium lega
tionis denuo, &c. ſecundum quod dictio illa denuo, determinat
verbum illud commiſit, quod ibi ſequitur Et enim legatus Apo-
ſtolicæ ſedis, ut patet in omnibus iuribus de hac materia loquen-
tibus, & illa nunquam moritur, ut 12 quæſt. 2. liberti. 2. Hoc ho-
die expeditum eſt per conſtitu. Clementis papæ IIII. eod. titul.
c ex parte. [c]vbi dicitur, quod legatus ordinarius eſt, ſicut & procõ
ſul, & alii prouinciarum rectores: unde non expirat obitu man-
d datoris. Idem etiam uidetur ſecundum Vincen. [d] in quolibet cui
cauſarum vniuerſitas in genere commiſſa eſt, vt morte manda-
toris eius iuriſdictio non expiret: ut ff. de iur. omn. iudi. & quia.
3 ¶Sunt † hæc in argumen. ad quæſtionem illam, de qua peritos du-
bitare uidi: ſi papa conceſſit alicui, quod poſſit punire in ſua di-
œceſi, uel prouincia abuſores literarum Apoſtolicarum: utrum
mortuo ipſo papa conceſſio huiuſmodi expiret? Et ſunt in argu-
men. quod non. Ad idem extra, de conceſ. præben. quia cunctis.
quod indubitatum eſt quoad cauſas cœptas: ut s̃. argument. con-
e tra. j. §. videndum. verſicul. quid ſi is cui. [e] Sed quid ſi papa mit-
tens legatum prius moritur, quam legatus intret prouinciam ſi-
bi decretam? Videtur quod expiret legatio: argument. ff. de offi.
f proconſu l.4 §. fin. quod uerum credo. [f]argumen. tamen contra
4 extrà, de electio. in cauſis §. fi. extra, de offic. deleg. gratum. † Sed
pone de facto, papa de conſilio fratrum ſuorum miſit legatum
ad partes vltra marinas, & in Franciam, ſigno crucis ei dato: de
legatione tamen tranſmarina nulla litera facta fuit. Dum intraſ-
ſet regnum Franciç, & cœpiſſet uti legationis officio, præiudicã-
do crucem, homines cruce ſignificando, & aliis modis, mortuus
eſt papa: quæritur, vtrum ſaltem quoad terram ultramarinam,
legatio expiret? Et videtut quod ſic: quia quoad illam res eſt in-
tegra. extra, de offic. delega gratum. & capitu. relatum. & capitul.
licet inſtitu. man. §. recte. & quia ſine litera delegationis non eſt
admittendus tanquam legatus: ut s̃. §. ſupereſt. verſicu quid ſi le-
gati. & verſicul ſed nunquid ſufficit. argument. contra, quia non
eſt res integra, cum iam legatus ſit cruce ſignatus, & ſe ꝓparaue-
rit ad transfretandum. C. de inoffi. teſtamen ſi pater. ff. de condi.
cauſa data. ſi pecuniam. & l. dedi. Legatio enim Franciæ, qua uſus
eſt, præparatoria eſt ad aliam. argumẽ. ff. de procur. l. ad rem mo-
bilem. & l. ad legatum. vel ei connexa argument ff. de nego. geſt.
eum actum. ff. de mino. etiam ſi patre §. 1. Hinc eſt, quod legatus
in pluribus prouinciis negotia unius prouinciæ poteſt in alia tra-
ctare: ut extra. de offic. leg. nouit. Prçterea hoc non uidetur ſim-
plex mandatum, ſed potius iuſſio ſiue prçceptum, quod etiam
re integra non expirat: ut in Authen. coll 9 ut nulli iud. §. ad hoc
vero iubemus. §. ſi uero etiam prçcepta. Et hanc ſententiam do-
g minus meus amplectitur: ut not. in prçd. Decret. cum ex literis. [g]
5 † ¶Sed nunquid ſede Apoſtolica vacante, cœtus cardinalium po
teſt reuocare legatum à papa miſſum? Vr̃ ꝙ non. ar extra, de ma.
& obe. cum inferior. ff. de mino. l. minor magiſtratus. Cum enim
à papa de ꝯſilio cardinalium miſſus fuerit, neceſſe eſt, ꝙ ab omni-
bus reuocetur, arg. extra, de regulis iur. c. j. ff. de pac. l. ab emptio-
ne. Expectetur ergo ſucceſſor: ut extra, ne ſe. ua. c. 1. ar. contra, ex-
tra, de ma. & obe. his quæ. & c. cum olim. ſuper hoc not. dominus
h meus, [h]ꝙ reuocare poteſt ex magna & euidenti cauſa, non aliter.
Bene enim reuocat aliquando minor factum maioris. 50 diſt. ac-
i cedens. [i] Item aduentu legati maximæ auctoritatis, cæteri ſuſpen
dunt. extra. c. uolentes. ergo multo fortius aduentu papæ: ut extr.
de priuile. antiqua. §. dñicæ De quo dic plene, ut s̃. §. ſupereſt. uer
ſicul. illud etiam. & uerſicu. ſequen. Item quam cito portã Romæ
ingreditur, imperium deponit, & non prius: ſicut nec procõſul.
ff. de offiç. proconſul. l. fi. j. reſpon. non tamen imperare poteſt, ni
ſi in prouincia ſibi decreta, quantum ad exercitium. ut eo. titul. l.
j. & fi. Nam extra prouinciam exiſtens & reuocatus, priuatus eſt,
quoad

### ADDITIONES.

a Litigioſa. ¶ Fuit queſtio diſputata, quid ſi citatio prius fuit commiſſa, ſed poſt facta. quam poſui eo. tit. c. vlt. in ult. gl.
b Quæſtionibus ſuis. ¶ Lib. 1. q. 2.
c Ex parte. ¶ Quam habes, quoad mentem, eo. tit. c. 2. lib. 6.
d Secundum Vincen. ¶ Eo. tit. relatum.
e Is cui. ¶ Vide quod ibi dicam.
f Credo. Contrarium no. e. ti. c. ſ. lib. 6. in gl. pen. contraria autem, quç ſequũ-tur inducit ad id, quod res non erat integra.
g Literis. ¶ Ibi ſcripſi ſuper uerbo, denuo.
h Notat Dominus meus. ¶ Vbi s̃.
i Accedens. ¶ Hodie non poſſunt, per cle. de ele. ne Romani. uer. irritum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quoad exercitium imperii,vt ſ.ver.quid ergo. Vidi tamen domi-
num Rodulphum bonæ memoriæ. Alban.epiſcopum de legatio
ne Apuliæ redeuntem,cum intraret ciuitatē Viterbiēſem , ubi
dominus papa Clemēs erat præſens,per vias,& uicos populo be-
nedicere:cum tamē ibi Roma ſit,ubi papa eſt:vt 93.diſt legimus.
prope fin ſed illud fit de conſuteudine, vel mandato domini pa-
pæ potius , quam de iure. Quamuis autem prædictis modis finiať
legatio,ſtatuta tamen per legatum facta perpetuo durant.ſ.§ re
6 ſtat.ver.poteſt etiam.† ¶Sed pone , legatus de latere facit conſti-
tutionem,quod nullus reciperet beneficium eccleſiaſticum ,niſi
ibi faceret reſidentiā perſonalem:alioquin dans & recipiens ipſo
facto eſſet excommunicatus : conſtitutio tamen non fuit in ſcri-
ptis redacta:proceſſu temporis, poſtquam legatus exiuit prouin
ciam,metropolitanus eiuſdem prouinciæ fecit ſe eligi in canoni-
cum cuiuſdam eccleſiæ contra conſtitutionem legati : quæritur
vtrum ſit excommunicatus? Ioan.de Deo notat in quæſtionibus
a ſuis, [a]quod ſic:ſi is audiuit,vel aliquo modo ſciuit conſtitutionē
b promulgatam fuiſſe.extra,de poſt.præla.c.j. [b] ar.contra:quia ſen
tentia excommunicationis ferenda non eſt ſine ſcriptis : extra,de
treu & pa c.1.extra,de ſenten.excom.c.cum medicinalis.reſp.j.
Item epiſcopi & ſuperiores non incurrunt ſententiam ſuſpenſio
nis generaliter prolatam,niſi expreſſim in ſententia nominentur
ſecus in excommunicatione.ext.de ſenten.excom.c. quia pericu
loſum.lib.6 ¶Sed nunquid legatus de latere, ſeu etiam conſtitu
tus,poteſt renunciare legationi,& recedere de prouincia ſibi cō-
miſſa,& redire ſine licentia illū mittentis? Reſpon.non ff.de ori.
iu.l.2.§.& cum placuiſſet.Nam & legatus Cæſaris abdicādo ſe nō
amittit imperium:ut ff.de off.præſi.l.pen.& ar.in concor.poſitis,
ſ.§.nunc oſtendendum.verſic.21.& 6.q.3.deniq;.17.q.7.Gonſal-
dus.imo punitur voluntariè deſerens ut ff.de legationibus.l.j.vn
de quidam legati ad cautelam indulgētiam obtinent, ut peractis
c negociis ſibi impoſitis [c] poſſint redire alia licentia nō petita.iuxta
d illud, [d]Tempus eſt ut reuertar ad eum, ꝙ me miſit.¶ † In ſumma
7 notandum, quod princeps mittēdo poſteriorem legatum ad ali-
quam prouinciam , non videtur prohibuiſſe priorem ar.25.q.2.
e in Galliarum prope fin. [e]& argu.ff de leg.l.2.§.ceſſatio.ſicut alias
ſimile contigit in duobus tutoribus:vt C.de teſta.tu.l.2.Secus au
tem eſt in procuratore:ut ff.de proc.ſi quis cum procuratorio.§.
ſi & ext.eo.ti.non iniuſte. Ad idem ext.de off.deleg.paſtoralis.§.
præterea.ſed nec legatus reuocatus deponit imperium, & officiū
legationis: niſi velit prius,quod ei ſubſtitutus prouinciam ingre
diatur:vt ff.de off.procō.meminiſſe.reſp.1.ff.de off.præſe. Aug.
8 l.vnica.† ¶Item nota quod ei , qui ſemel fuit legatus,ſemper re-
uerentia debetur in memoriam priſtinæ dignitatis.hinc eſt quod
eū,qui prouinciæ gubernaculis comes primi ordinis eſſe meruit
uicariæ dignitatis , poſt depoſitā adminiſtrationē priuilegio frui
oportet:ut C.de comitibus qui prouinciam regunt.l.vnica.li.12.
cum ſuis concor.& ar.ext.de foro compe.ex parte.in fi.& de epō
qui reſig.epiſc.c.1.de tranſla.epiſc.inter.Nec eſt omittendum,ꝙ
defuncto uel reuocato legato ſucceſſor eius in legatione,uel do
minus papa tenetur beneficiare & remunerare ſeruitores , & ſo-
ſocios legati,quos ille non remunerauit.arg.ff.de off.aſſeſ.diem.
ubi dicitur,diem functo legato Cæſaris,ſalarium comitibus reſi-
dui temporis debetur.& ar.12.q.2.hæc huius placiti.& c.quicun-
que ſuffragio.& c.ſeq.Et iunge hic quod not. ſ.§. nunc dicamus.
ver.quid ſi legatus.& ſeq.

## ADDITIONES.

a Suis. ¶ Lib.1.q.3.
b c.j. ¶ Hanc quæſtionem plene videas ſuper regula,nemo pōt.de reg.iu.lib.
6.& ibi in fi reſpondetur ad ſequens primum contrarium,ſecundū non ob.
ut ibi in contrario no.in gl.ſecus.
c Impoſitis. ¶ Quandoque limitatur tempus: puta poſt annum. & ſic habuit
dominus Tornacen.
d Illud. ¶ Tobiæ 12.ad fin.
e Prope fi. ¶ Vbi idem no.Io.

## ¶Bald.de Legato.

LEGATVS Poteſt punire eos,qui in eum , uel ſuā familiā
delinquūt,in §.legatus.ver.ſed nunqd.G. quia quaſi honor papæ
legato,ſeu proconſuli eius debetur:& non aliter creditur iudica-
turus ꝓ luce ſuæ ſapientiæ.l.1.ff.de off.præfe præto. Vide de hoc
in l.fundi per Bar.Item quia iſte non habet ſuperiorem niſi prin-
cipem quē adire difficile eſt,cum procul mittantur. Item iſti non
habent tpš determinatum:& ideo pro ꝑpetuis ſunt habēdi.ff.de
excuſ.tuto.l.iuriſperitos. Secus in præſide prouinciæ,qui eligitur
ad tempus taxatum.ff.de iuriſ.om.iud.in l.qui iuriſdictioni.ff.de
off.præſi.l.ſenatuſconſulto.cum ſi.Econtra ſi ſua ſimilia delinqt,
poſſunt eā punire , ſi ſunt perpetui officiales. Secus in tēporalib
ff.de pœnis.l.ſi quid forte.§.ſi quos.nā qui dicit ꝙ poſſit cōdem-
nare , dicit ꝙ poſſit abſoluere . Sed hoc eſt inconueniens : quia
eſſet fortè minus gratioſum.Bal. ¶Legatus non pōt ordinem iu
diciorum immutare,in §.ſupereſt.ver.ſed nunquid.G procedeu-
do vel ꝯmittendo.vide j.eo.ver poteſt legatus ſtatuendo.ſic.l 1.
ff.de ſer. Poteſt ad legatū papæ appellari,omiſſis medijs.uer.illud
aūt.G. ¶Quando legatus facit illud quod non eſt de natura lega-
tionis ꝯmiſſæ, ſed eſt de ſpeciali priuilegio ſuę perſonæ, vt de diſ
penſando, vel ſimilia : oportet ꝙ appareat hoc ſibi fuiſſe conceſ
ſum ꝑ tenorē lrarum dñi papæ.in uer.ꝯſulo. Igitur ſufficit, ꝙ in li
teris cardinalium tenor papalis ꝯceſſionis inſeratˉ.ar ff.de admin.
tut.l.chirographis.in prin.j.e.§.verſ.credit quoq;.G. ¶Poteſt le-
gatus perpetua ſtatuta facere in prouincia ſibi decreta.ver.pone
ēt G.poteſt etiam perpetuo inhabilitare culpa ſuggerente Sed ex
mero animi motu, & extra ordinem,durante ſua legatione dūta
xat.ver.ſed nunquid poteſt.G.vide ſ.e.§.2.& j.e § pen.De re cō
firmata per papam inferior non cognoſcit ſine ſpeciali mādato :
vt no.c.ſi.de conſue.lib.6.in nouella. Quam poteſtatem habet le
gatus circa interdicta.ver.utrum legatus.& verſi.ſeq.G.legati de-
bent ſequi ſtyllum curiæ:qa ſtyllus fundatˉ ſuper iure, vel iuris in-
terpretatione.e.§.ver.vlti.ꝯſulo. ¶ Vnus legatus factū alterius ꝓ-
deceſſoris ēt minoris auctoritatis proſequiť, & exequiť.uerſi.ſed
an ſecundus.G. ¶Legatus ante ingreſſum prouincię , nil mādare
pōt,ſi eſt ibi alius legatus: verſ.ſed iſte G. ¶Licet legatus de una
prouincia vadat ad aliam,in qua habet eandem legationē: tamen
poteſt negotia vnius prouinciæ in alia tractare & iudicare.ver.itē
quid ſi iſte.G. ¶ An legatus poſſit beneficia conferre,uel ſuę col-
lationi reſeruare,& de eius auctoritate receptis , & qui potiores
in præbendis habeantur. § nunc tractemus. G. ¶Papa eſt ipſa ſe
des Apoſtolica , non dico perſona Vrbani : ſed ipſa dignitas ſibi
annexa:reſeruata autem collationi ſedis,ſi pertinent ad legatum
de latere.ver ſed nunquid poteſt.G.vide j.e.§ ſibi. ¶Auctoritate
legati poteſt rumpi numerus etiam,iuramento taxatus G.quoad
robur receptionis,non quoad excuſationem periurij,etiam ſi pa
pa confirmauit taxationem.Et addit non valere,ſi cōtra fiat.uer.
ſed & ſi G. Nam decretum confirmationis in fauorem eorū ap-
poſitum,habetur pro priuilegio,cui pōt renunciari.arg.no.C.de
teſt.l.omnium.not. B. ¶An proceſſus legati expiret , expirante
legatione:ver.curiales.G. ¶In literis beneficialibus nomine con-
ſuetudinis,præſcripta tantum ſignificatˉ:ut no.in c.vlt.de cōſuet.
in cle.Conſuetudo,quæ dat alicui prębendam,videtur ſibi dare li
centiam poſſidendi:ut no in d.c.vlti.de conſuet.in cle. Inhibitio
habet uim ſuſpenſionis : & ideo ordinarius interim non confert
e.§ uer.fin.G.De conſtitutione execrabili,quæ eſt odioſa,& non
habet locum niſi in caſib.ibi expreſſis.e.§.verſ.ille.G. ¶Quæcun-
que ſunt reſeruata papæ uel ſedi , ſunt interdicta legato , & ſunt
expreſſa,ut in §.nunc oſtendendum.G. ¶Legatus poteſt unire ec
cleſias inferiores eiuſdem diœceſis.& diuerſarum,ſine præiudicio
iuris epiſcopalis.ver.vero.G. ¶Clauſula, Supplentes de plenitu-
dine poteſtatis, excludit defectus ſolennitatis , non inhabilitatis ,
vel natiuitatis, uel alios naturales defectus.uerſ.& nota ꝙ ſi clau-
ſula.Quod eſt no.dignum. ¶Legatus poteſt omnia,quæ poſſunt
epiſcopi,patriarchæ,& cæteri de iure & de cōſuetudine:tñ mul-
tum ardua non debet inconſulto principe determinare : licet nō
ſint ꝑ caſum legis papæ reſeruata ver.legatus generaliter.G. hæc
enim quæ ſunt quaſi paria,reſeruata per ſimilitudinem,pro reſer
uatis habentur.Nota ergo, ꝙ prælati tenenť ſeruare bonas con-
ſuetudines locorum.ff.de offi procōſ.l.obſeruare.& l.ſin aūt.Bal.
¶Vbi eſt papa,ibi ſunt limina Apoſtolorū.uer.illud aūt.G .ſ.quo
dam intellectu.ff de reli.l.oſſa.vide ſ.in §.papa. Bal. ¶Qđ legati
poſſunt abſoluere.in §.nunc dicamus ver.breuiter.& multis.uer.
ſeq . G. ¶Vtrum ſicut unus poteſt condemnare ratione originis
uel domicilij,alius ratiōe delicti:ut l.j.C ubi de crimine agi opor
tet.ita econtra abſoluere.uer.illud etiam quęriť.§.nunc dicamus.
& ſentit quod non.G. ¶Verbum ſum,es,eſt,ſignificat originem,
indefinitè prolatū.C.de excuſa.tutorū.l.teſtamento.& no. ¶An
iuriſdictio prorogata in legatis expiret vna cum legatione? uerſi.
ſed pone,quod ſubditi.G.ff.de capi.dimi.l.tutelas.Cy. ¶Legatus
eſt ordinarius,& non expirat eius iuriſdictio per mortem papæ:ſi
cut nec epiſcoporum iuriſdictio, uel præſidū. Sed quid de ſingu-
lari commiſſione facta epiſcopo de aliquo reſeruato papæ , an in
hoc eſt ordinarius? quod credo,ſi commiſſio eſſet facta dignitati
ſecus ſi perſonæ.§.finitur.uerſ.ſed pone. Sed ſi iſta commiſſio eſ-
ſet facta non habenti territorium, iſte eſſet delegatus , ſecundum
Iac.But. ¶Sed quid ſi commiſſio diſcrepat à iure communi in or-
dine procedendi:puta ꝯmittitur epiſcopo cauſa ſuorū ſubditorū
quæ erat ordinaria , ut ſummarie cognoſcat , & ſine debito deci-
dat:dic ꝙ in cognoſcēdo erit delegatus ſed in iudicādo erit ordi-
narius:quia quātū ad proceſſum,diſcrepat mādatū a iure cōi ſed
non quātū ad ſnīam,ſ'm Iac.Bu.ff de procur.l. qui procuratorē.
vnde à proceſſu appellatur ad papam , à ſententia autem ad me-

tropoli-

tropolitanum, ſecundum Iac. Butr. Ego dico eum in totum eſſe de
legatum, nec diuerſo iure cenſeri debet. ff. de iuſtitia & iure. l. ius ci
uile, ꝙ ibi no. per gl. & d. l. qui procuratorē dat. arg. ff. de vſuca. l.
eū qui ædes. & optimè probatur per no. in c. licet. de offic. ordina.
ꝑ Inn. & alios doctores: vbi habet quæſtio, ſi in nullo adijciatur iu
riſdictoni ordinariæ, ꝙ remanet ille cui eſt facta commiſſio, ordi
narius: quia nō videtur cōmiſſio noua, ſed iuriſdictionis excitatio.
Ex quo apparet, ꝙ ſi aliquid adijciatur, ſicut in caſu noſtro, videli-
cet ꝙ procedat ſummariè, quod non poterat vigore iuriſdictio-
nis ordinariæ, quod erit delegatus, non ordinarius. Nec obſt. ꝙ cō
miſſio videatur in parte diſcrepare, videlicet in mō procedēdi, &
quo ad hoc ſit delegatus, & quoad ſententiā remanet ordinarius
ꝗa in propoſito non eſt verū. Nā iuriſdictio qualificata in mō pro
cedendi alterat naturā iuriſdōnis ordinariæ, etiā in ꝑpoſito quo
ad totū proceſſum, & etiā quoad ſententiam: cum ipſa ſit de pro-
ceſſu. text. eſt & not. doc. in c. qm̄ contra de proba. & actorum ap-
pellatione cōprehenditur. not. gl. ff. de iure fiſci. l. in fraudē. § ſed
neque. in fin. gl. propriæ. Non debet igitur aliud dici de proceſſu
& aliud de ſententia. in totū igiť erit delegatus. Bal. An ſcriptura
ſit de eſſe conſtitutionis legati: ſentit ꝙ non, etiā ſi ꝯtineat ſenten-
tiā excommunicationis. ver. ſed pone. le. G. Per miſſionē ſecundi
legati primus non intelligitur tacitè reuocari. ver. in ſumma. G.
argu. C. de offic. præfecti vrbis. l. j.

### De Diſpenſatione. Rubrica.

PRAEMISIMVS, quę circa forum contentioſum ad
legati pertinent officium: nunc autem dicendum eſt, quæ
ſit illi in diſpenſando poteſtas. Verum quia materia de di
ſpenſationibus utilis eſt, & frequens, & tam legatis, quā
alijs prælatis eſt opportuna plurimum, ſuper qua dubia oriri vidi
mus infinita, & ſapientes plurimum, adinuicem diſcrepare: idcir-
co ſuper ea quædam noua & utili doctrina planè ac plenè præui-
a dimus diſputare[a], dicentes primo, Quid ſit diſpenſatio, vnde ori-
ginem habuit, & quare fiat. Quot ſint genera, ſeu ſpecies diſpenſa
tionum, Quid ſit irregularitas, & quid iuris de ea ſit, De diſpenſa-
tione epiſcoporum, De diſpenſatione legati Apoſtolicę ſedis, De
diſpenſatione domini papæ, De diſpenſatione abbatis & principis
& quarundam aliarum perſonarum, Qualiter & quando ſit di-
ſpenſatio facienda, Quid iuris ſit de diſpenſatione ſuper benefi-
ciorum pluralitate: & quis ſit diſpenſationis effectus. His igitur ita
b ſparſis, ea per ordinem proſequamur[b].

### ADDITIONES.

a Diſputare. ¶ Ioannes de Deo compoſuerat ſuper hoc libellum, tractans in eo de 13. diſpenſationibus, Diuina Papali, Legatorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Presbyterorum, Regum, uel Principum, Procerum & Nobilium, Patrum, Maritorum, Amicorum & Sociorum.

b Proſequamur. ¶ Sciendum eſt, quod Hoſtien. in ſumma ſub rubrica de pœni. poſuit rubricellam de diſpenſationibus, ex qua auctor primum §. ſumpſit tamen aliquibus additis. Prius etiam tractauerat hoc Ray. lib. 3.

### Diſpenſatio quid ſit, & vnde originem habuit, & quare fiat?

*SVMMARIVM.*

1 *Regulę tres circà materiam diſpenſationis ſummopere notandæ.*
2 *Caſus maiores adulterio in quib. epiſcopus poteſt diſpenſare.*
3 *Rigor & ſeueritas, ius & equitas & diſpenſatio differunt.*
4 *Aequitas eſt media inter rigorem & diſpenſationem, ſiue miſericordiam.*
5 *Diſpenſati an ſit ius.*

a 1. §. Diſpenſatio[a] eſt prouida iuris communis rela-
xatio vtilitate ſiue neceſſitate pen-
ſata. vel ſic: Diſpenſatio eſt rigoris iuris, per eum, ad quem ſpe-
ctat, canonice facta relaxatio. Vtraque diffinitio colligitur j. q. 7.
requiſitis. § niſi rigor. & c. ſe. & j. § genera. quandoque tamen di-
ſpenſatio impropriè ſumitur pro iuris declaratione: vt extra, de
b iureiur. Quintauallis[b] ¶ Vocatur autem diſpenſatio vulnus, quæ
ius vulnerat: vt 24 quæſtio quarta. ipſa pietas. circa fin. vocatur
etiam miſericordia. j. verſi. ſed nunquid. ibi: ego dico. & j. §. fin.
in fin. Ideo dixi, prouida. Nam prouida deliberatione eſt in di-
ſpenſationibus procedendum: ut extra, de tranſactio. capitu. fin.
Alioquin potius diſſipatio, quam diſpēſatio eſt dicenda. Ad quod
c accedit, quia dominus non uult ſimul effundi opes, ſed diſpen-
d ſari[c]: vt 86. diſtinct. non ſatis. circa medium[d]. † ¶ Circa quod
1 tres regulæ, ſunt notandæ. ¶ Prima eſt, quod peccans mortaliter
poſt baptiſmum promoueri non poteſt: vt 25 diſtinct. primum
48. diſtinct. quoniam. 50. diſtin. illud. 1. quæſtio. 7 ſi quis omnem.
¶ Secunda, quod promotus poſt ſuam promotionem mortali-
ter peccans deijcitur, ſiue deponitur. 50. diſtinct. qui ſemel: & c. ſi
epiſcopus. & cap. ſi poſt ordinationem 81. diſtin. diaconus ¶ Ter-
tia eſt. quia depoſitus ab ordine non reſtituitur. 50. diſtin. capit. j.
& 2. & capit. peruenit. & capitu. poſtquam. Hæ tres regulæ colligi
poſſunt. 50. diſtinct. vt conſtitueretur. ¶ Vbicunque autem mi-
tius agitur, quam dictæ tres regulæ dicant: diſpenſatio dici poteſt
quod proſequere prout not. 50 diſtinct. in ſumma. Et ſcias, quod
contra duas primas regulas poſſunt epiſcopi diſpenſare in adulte
rio, & in minoribus criminibus adulterio: ſed in maioribus illo nō
2 niſi in caſibus à iure expreſſis: vt extra, de iudicijs. at ſi clerici. † Ex
primuntur enim quidam caſus maiores adulterio in quibus po-
teſt epiſcopus diſpenſare: ut in hæreſi 50. diſtinct. presbyteros. in
ſacrilegio. e. diſtin. ſi quis presbyter. in matrimonio contrahen-
do quandoque. 33. quæſtio. ſecunda antiqui. & quandoque in ſi-
monia, & in homicidio, & ſchiſmate, & in quibuſdam alijs: vt j.
§. nūc de epiſcoporum. Vel poteſt dici quod præ. cap. presbyte-
ros. hodie non habet locum: quia hæretici hodie incarcerantur:
vt extr. de hær. cap. pen. Item præall. cap. ſi quis presbyter. non ob
ſtat: quia illud ſacrilegium, de quo ibi dicitur, non eſt maius, imò
minus crimen adulterio: & ſic de aliis. Contra tertiam vero regu-
lam ſolus papa diſpenſare poteſt: ut ſ. tit. 1. §. nunc oſtendendum
3 verſicu. nono. † Notandum eſt autem, quod aliud eſt rigor ſiue
ſeueritas, aliud ius, aliud æquitas, & aliud diſpenſatio. De his om-
nibus habetur extra, de tranſact. capit. fin. Rigor eſt diſtrictio iu-
ris ſiue exceſſus & auſteritas iuris ſcripta, aliquando ad terrorem
vt patet in accuſatore clerici: in probatione deficiente, cui de
negatur communio, etiam in fine vitæ ſuæ: ut 2. quæſtion. 3. ſi qs
epiſcopum. & in eo qui nominauit presbyterum in teſtamento tu
torem filio ſuo pro quo non eſt orandum ut 88. diſtinction. ne-
que. Ad idem facit 1. quæſtion. 7. qui in qualibet. & quandoque
e ſeueritas appellatur: vt 50. diſtinct. vt conſtitueretur[e]. 9. quæſt.
1. cap. 3. in fin. 2. quæſt. 5. quanto. 23. quæſtio. 4. cap. non poteſt. §.
præcepta. extrà de ſenten. excom. ſuper eo. Sed rigor iſte ſeruan-
dus non eſt, niſi vbi timetur exemplum mali: vt 45. diſtinct. ſed
illud. & extra, de tranſaction. capitu. fin. ¶ Quandoque tñ rigor
eſt idē ꝙ ſubtilitas iuris: ut extra de reſti. ſpo. in literis & cap. ſępe.
extra de præben. tuæ. extra, de appel. interpoſita §. fin. Item rigor
dicitur diſciplina: vt 45. diſtinction. diſciplina. in princip. Item di
citur iuſtitia, vt 100. diſtinctio. omnis qui. & cap. vera. Et ſcias
quod quandoque rigor inducitur contra naturalem æquitatem
ex cauſa pro bono publico: & quandoque etiam ſine cauſa & ſi-
ne ratione. & hoc ſolum pro ratione ſufficit, quod ita ſcriptum
eſt. ff. qui, & a qui. ma. lib. non fi. l. proſpexit, 6. quæſtio. 3. ſcriptū.
quia alia ratio reddi non poteſt: vt ff. de legi. & ſe. conſul. l. non om
nium. 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor. in prin. & de hoc extr. de re-
ſcrip. ſi quando. Hoc proſequere, & exemplifica prout not. j. di-
ſtinctio. ius generale & ff. de iuſti. & iur. l. antepenult. ¶ Ius autem
eſt ars boni & æqui. cuius quis merito nos ſacerdotes appellat, id
eſt, ſacrorum præceptorum miniſtros, ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius.
4 † ¶ AEquitas uero eſt media inter rigorem & diſpenſationem, ſi
ue miſericordiam. C. de iudicijs. placuit. 34. diſtinctio. fraternita-
tis. extra, de tranſla. epiſc. c. fin. Interpretari autem an ius ſcriptum
ſit æquum, uel iniquum, ſolius principis eſt. C. de leg. & conſti. l. j.
Aequitas ita deſcribitur à Cypriano. AEquitas eſt iuſtitia dulco-
re miſericordiæ temperata. Vel dic quod æquitas eſt motus ratio-
nabilis regens miſericordiam & rigorem. 45. diſtin. diſciplina &c.
& qui emendat. & capitu. vera. quia rigor eſt manſuetudine tem-
perandus: ut extrà, de pur. ca. cum in iuuentute. Hæc autem eſt
æquitas illa, quam iudex ſemper præ oculis debet habere: vt ff.
de eo quod certo loco. l. quod ſi Epheſi. in fin. & extr. vt eccle.
benefi. vt noſtrum. in princip. in parte deciſa. & de tranſact. cap. fi.
26. q. ultim. allegant. Quid ſit diſpenſatio, ſ. eſt dictum: & illa vtē-
dum non eſt, niſi neceſſitas vel utilitas id expoſcat: vt j. eo. §. gene
5 ra. † ¶ Sed nunquid diſpenſatio eſt ius? dicunt quidam quod ſic:
ſed tali iure, ſuperior vti poteſt: inferior uero illud petere non po
teſt: ut j. §. genera. Alij, ut H. & M. dicunt contra: argum. j. qu. 7.
exig.

### ADDITIONES.

a Diſpenſatio.)

b Quintauallis. ¶ Verbum diſpenſationis ibi non eſt, nec erat in antiqua aliqualiter facit Decr. & ſi Chriſtus. eo. tit. in fin. & quod ibi no. in ult. glo. ſed magis propriè facit Decr. 2. de tornea. quam alleg. j. uer. pen. in fin.

c Diſpenſari. ¶ id eſt, diſtribui. Sic etiam ponitur 43. diſtinction. diſpenſatio.

d Medium. ¶ Quomodo diſpenſatio ꝯ ius commune, & quod ſi ſuper ratione fundatur, poſſit eſſe rationabilis, plenè ſcripſi de præb. multa. in fin.

e Vt conſtitueretur. ¶ Et ibi not. hæc materia in glo. hic habes. & 45. diſtin. diſciplina. in gloſſ. ſed qualiter. j. q. 7. diſpenſationes, & cap. exigunt.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN